

principium, & primam animam esse dixit. Congruum ergo fuit illam assumi pro materia Baptismi, qui est regeneratio in spirituali vitam, ut sicut virtute aque confertur vita corporalis generatio, ita virtute aque baptismalis confertur vita spiritualis baptizato, si digne suscipiat Baptismum. Unde in Prosa de Spiritu sancto, tenet Ecclesia: Tu super aquas futuras eas, nomen tuum expandisti. Tu animabus vivificandi aquas fecundasti. Et in benedictione fontis baptismalis dicitur: Deus cuius Spiritus in primordio mundi super faciem abyssi ferebatur, ut res generandi virtutem aquarum natura conciperet. Hinc etiam Tertullianus libro de Baptismo cap. 1. Christianos pisciculos appellat, quia sicut pisces in aquis elementaribus corporaliter generantur, ita Christiani in fonte baptismatis spiritualiter regenerantur: Nos pisciculi (inquit) in aqua nascimur, nec aliter quam in aqua permanere solati sumus.

- 57 Denique, aqua ratione sua communitatis & abundantie est convenientis materia sacramenti Baptismi: cum enim illud omnibus ad salutem necessarium sit, congruum est ut in materia valde communi, & que de facili reperiri possit exhibetur. Eoque alludere videtur Divus Petrus Actor. 10. cum ait: Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur isti?
- 58 Has congruentias breviter expressit Petrus de Tarantasia seu Innocentius V. in 4. dist. 3. circa 3. problema art. 3. in corp. ubi sic dicitur: Aqua elementaris est materia sacramenti Baptismi, duplici ratione, scilicet ratione effectus, & ratione usus. Primo ratione effectus, quia ex ipsa conditione nature sue representat effectus in Baptismo collatus; quod patet, quia est elementum naturaliter diaphanum, humidum, & frigidum; ex quorum primo significatur illuminatio gratie; ex secundo, ablutio culpe; ex tertio, mitigatio cupiditatis. Secundo aqua elementaris est materia Baptismi, ratione usus: nam talis aqua in suo usu habet utilitatem, communitatem, facilitatem: propter quae tria convenit sacramento Baptismi, quod est maxime utile in effectu, & facile in observantia, & commune in necessitate. Idem omnibus communiter necessarium.
- 59 Hinc apud SS. Patres varis aquarum laudes, quas in Pamphologia, titulo de Baptismo, cap. 2. §. 2. congestit Raynerius: Sed inter ceteros audientes est Tertullianus libro citato de Baptismo, cap. 2. ubi expendens verba illa Moyfi Genes. 1. In principio creavit Deus caelum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebrae erant super faciem abyssi. & Spiritus Dei ferebatur super aquas, subdit: Habet homo in primis atatem venerari aquarum, quod antiqua substantia; dehinc dignationem, quod Divini Spiritus fides, gratior scilicet ceteris tunc elementis: nam & tenebrae totae adhuc sine cultu siderum informes, & tristes abyssi, & terra imparata, & caelum rudis: solus liquor semper materia perfecta, leta, simplex, de suo pura, dignum vestaculum Deo subieciat. Et cap. 9. Quot igitur patrocinia nature, quot privilegia gratie, quot sollempnia disciplinae, figurae, praedictiones, precationes, religionem aquae ordinaverunt? Primo quidem cum populus de Aegypto expeditus, vim Regis Aegypti per aquam transgressus evadit, ipsum Regem cum totis copiis aqua extinxit. Quae figura manifestior in Baptismi Sacramento? Liberantur de saeculo nationes, per aquam scilicet, & diabolum dominatorem primum in aqua oppressum derelinquunt. Item aqua de amaritudinis vitio in usum commodum suavitatis Mosi ligno remediatur. Lignum illud erat Christus, venenata & amara retro natura venas, in saluberrimas aquas (Baptismi scilicet) ex sese remediens. Haec est aqua que de comite petra populo deshaebat. Si enim petra Christus, sine dabo aqua in Christo Baptismum videmus benedici. Et mox ad novi Testamenti exemplum pergens, ex Christo ipso repetita: Quanta (inquit) aqua gratia penes Deum & Christum eius est, ad Baptismi confirmationem? Nunquam sine aqua Christus, siquidem & ipse aqua tingitur (sua singitur). Prima rudimenta potestatis suae vocatus ad nuptias aqua assumpsit. Cum sermonem facit, stientes ad aquam suam invitavit sempiternam. Cum de agape docet (sua corvisio caritatis) aqua calicem pauperi oblatum inter opera dilectionis probat. Apud puteum vires resumit, super aquam incedit, libenter transfertat, aquam discitentibus (sua est disciplina) ministrat: perleverat testimonium Baptismi usque ad passionem: cum dedicit ad crucem, aqua intervenit: sicut Pilati manus: cum vulneratur, aqua de latere prorumpit: sicut lancea militis.
- 60 Similia habet Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 3. ubi haec scribit: Si quis fire desiderat quare per aquam potius quam per aliud aliud elementum gratia datur, sacras Scripturas relegens inveniat. Magnum enim quiddam est aqua, & ex quatuor mundi elementis apparentibus pulcherrimum. Angelorum habitaculum est eandem: aqua ex aquis sunt caeli. Terra est hominum locus: atque ex aquis etiam terra; & ante omnem rerum crea-

turam in sex illis diebus distinctionem, Spiritus Domini ferebatur super aquas. Principium mundi aqua, principium Evangelii Jordanis. Liberatio Israelis a Pharaone per mare facta est, & liberatio a peccatis mundi, per lavacrum aquae in verbo Dei. Ubicumque fœdus aliquod inter Deum & homines, ibi & aqua. Post diluvium fœdus percussum est cum Noe, fœdus & cum Israel in monte Sina: verum haec non sine aqua, & lana tubea, & hyssopo. Helias assumptus est, sed non sine aqua, prius enim transivit Jordanem, deinde in caelum raptus est. Prius ablutio Aaron, deinde summus Sacerdos effectus est; quomodo enim susciperetur pro aliis oraturus, qui nondum aqua purificatus esset? &c. Videri etiam potest Hieronymus ad Oceanum Epistola 83. ubi etiam aquae laudes & encomia eleganter describit. Dico secundo: Materiam proximam Baptismi esse ablu-

tionem. Patet hæc conclusio ex præcedenti; materia enim proxima (ut supra annotavimus) nihil aliud est quam usus seu applicatio materie remotæ: Sed ablutio est usus seu applicatio aque, quae est materia remota Baptismi: Ergo ablutio est eius materia proxima.

§. II.

Cavillaria notata digna, & resolutiones plurimorum casuum conscientiarum.

EX dictis interres primo, quod si aliquis in articulo mortis baptizaretur in vino, vel oleo, vel lacte, aut aliquo alio liquore diverse speciei ad aquam, non esset vere baptizatus: quia Christus infinitum liquorem aquam esse materiam Baptismi. Unde recte observat eruditus P. Nicolaus in scholis ad art. 3. huius quaestionis, & in additionibus ad Raynerium, titulo de Baptismo, appendice ad cap. 2. §. 3. in fine: Irivolunt esse quod obijciunt ex Stephano II. ad Monachos Britannici Monasterii cap. 14. Si in vino quis, propterea quod aquam non inveniente, tantum periclitantem infans baptizavit, nulla ei exinde attribuitur culpa: infans sic permansit in Baptismo. Primo quia relatio huius non satis authentica nec certa extant monumenta. Secundo, quia sic emendari constructio inepta debet: Nulla ei attribuitur culpa, si infans permansit in Baptismo: infans sic permansit in Baptismo. Quasi non sit quaestio de valore Baptismi, sed de culpa, vel poena baptizantis, ut scilicet sit sensus, quod non ideo in causa sit cur non possit baptizari infans, cum periculum evaserint, & legitime baptizari poterunt aqua, nec propterea tamquam reus puniri mereatur. Non igitur Baptismum talem quasi validum approbare Stephanus praesumit (si ejus scriptum est) quia de valore Baptismi non agitur, sed excusare Presbyterum a culpa, quia cum aliud non posset in praedicto extremo periculo, id per simplicitatem fecit; quod postea potuit periculo elapso emendari.

Interres secundo, nullam aquam ex plantis, floribus, aut huiusmodi expressam, ut aquam rosaceam, esse sufficientem materiam Baptismi, quia non est aqua elementaris, sed mixtum quoddam. Utrum vero baptismus possit valide conferri in aqua elementari transmutata, aut alteri corpori permixta, servanda est regula quam assignat D. Thomas artic. 4. si enim alteratio aut commixtio non solvit speciem aquae, poterit in ea valide conferri Baptismus, dummodo tamen aliud corpus admixtum non ita excedat aquam in quantitate, ut potius sit huiusmodi corpus, quam aqua; eo modo quo lutum est magis terra quam aqua, & vinum limphatum, magis est vinum quam aqua, quamvis utrumque veram aquam habeat admixtam: unde uno verbo, ut aqua sit apta ad Baptismum, debet esse in eo statu in quo solet esse in usu ad abluendum. Ex quo

Interres tertio nec nivem, nec glaciem, nec grandinem, nec alia huiusmodi, esse aptam Baptismi materiam, dum manent congelata, secus si in praesentem materiam calore resolvantur, quia licet majori ex parte sint aqua, non est tamen in statu idoneo ad abluendum, quamdum est congelata.

Interres quarto, quod si aqua vera & naturalis solum transmutatione accidentaria fuerit mutata, ita ut retineat naturam aquae naturalis, & sit apta ad abluendum, sufficit pro materia Baptismi: quare sive sit calida, sive frigida, sive salis, sive per venas & meatus sulphureos fluat, aut percinetur transfret, & sit liquidum, sufficiens materia ad huius sacramenti valorem conferri debet, ut docet D. Thomas hic art. 4. ad 4. Idem dixerat ad 1. de aqua maris, & ad 2. de aqua decoctionis carniarum, quam iusculum vocamus, aut aliarum rerum, dummodo non sit tanta resolutio corporum lixatorum, ut illa plus habeant de alia substantia, quam de aqua, quod ex spirititudine discerni debet. Addit tamen si ex liquore sic inspissato, expri-

expressor aqua subtilis, potest in ea fieri Baptismus, sicut ex aqua que exprimitur ex luto, licet in luto Baptismus fieri non possit.

Interres quinto: Baptismum posse fieri tripliciter, scilicet per immersionem baptizandi in aquam, per asperersionem, & per effusionem aquae, quia Christus statuit materiam proximam huius sacramenti esse abluentionem, non determinando an fieri debeat per modum asperersionis, effusionis, aut immersionis, ut patet ex verbis Joan. 3. Nisi quis renatus erit, propterea in Concilio Toletano 4. c. 3. habetur responso Gregorii Papae ad Leandrum, qui consilium super quorundam Hispanorum consuetudinem baptizandi trina aliquando, & aliquando una solum immersione, respondit utrumque baptizandi modum retineri posse. Quod effusionem vero patet, quia Christus fuit baptizatus per effusionem aquae super caput ipsum, ut de pingitur communiter, honestas enim non patiebatur, ut baptizaretur per immersionem, nec pondus corporis, nisi dicamus per intricatum tunc non gravitate, quod sine illo fundamento asseruerunt. Quantum vero ad asperersionem, colligitur ex capite 2. Actuum, ubi asseritur post praedicationem Patri probantis Christum esse verum Messiam, circiter tria milia Judaeorum suscepisse Baptismum, quod per effusionem aquae super caput singulorum, aut singulorum immersionem difficile fieri potuit; facile vero per asperersionem, quia unica aut paucis saltem asperersionibus omnes baptizari poterunt.

Monet tamen D. Thomas art. 7. tutius esse baptizare per immersionem, quam per asperersionem, aut effusionem, sicque esse baptizandum sub poena peccati, nisi aliud posset necessitas aut honestas. Verum ita loquitur S. Doctor, quia adhuc temporibus ipsius non erat immutatus in Ecclesia ritus baptizandi per immersionem, unde peccasset tunc qui aliter, seculi necessitate, baptizasset, utpote recedens in re gravi ab Ecclesiae consuetudine. Sed modo consuetudo illa est ab Ecclesia rejecta, sicut auctoritate Ecclesiae fuerat introducta, & soler ubique Baptismus conferri per effusionem aquae super caput baptizandi. Cept autem haec consuetudo propter infantiam tenerrimam, cum modo rarissimum sit adutorum Baptismus, qui possent immersionem sustinere.

Ex his collige, quod quamvis fuerit olim consuetudo baptizandi per trinum immersionem, nusquam tamen trina immersio fuit de necessitate Baptismi, sed unica fuit sufficiens, ut patet ex allata responsione Gregorii, qua uterque baptizandi modus, in una scilicet vel trina immersione, probatur.

Dices ex Pelagii Papa in Epist. ad Gaudentium, ut referunt de consecratione dist. 4. Canon. Multi: Evangelicum praeciptum ipse Deo & Salvatore nostro Jesu Christo dicente & tradente nos admittere, in nomine Trinitatis, trina enim immersione, sanctum Baptisma uniusque erubere. Et ex Canonibus Apostolorum, ut habetur eadem distinct. Can. Si quis: si quis Presbyter aut Episcopus non trinum immersionem unius mysterii celebrat, sed semel mergit in Baptismate quod dari a quibusdam iudeorum in morte Domini, deponatur.

Respondeo ad primum cum D. Thoma hic art. 8. Summum illum Pontificem, per se & directe solum definire, invocationem Trinitatis esse de substantia Baptismi, quia tamen illo tempore invocatio illa fieri solebat trina immersione, ideo utrumque conjunctum, quamvis non sit & qualis utriusque necessitas.

Ad secundum dicendum antequam fuisse praeciptum Ecclesiasticum, seculi necessitate, baptizandi trina immersione, quod qui fuisse transgressus, iubetur in citato Canone deponi: modo vero praeciptum illud abrogatum esse per contrarium consuetudinem.

Nec obstat quod quidam SS. Patres, ut Hieronymus adversus Luciferanos, Tertullianus libro de coronis militis, & alii, ritum Baptismi trina immersione numerent inter traditiones non scriptas. Licet enim traditiones divinae sint invariabiles omnino ab auctoritate humana, secus vero traditiones humanae, cum non aliam vim habeant, quam iuris humani Ecclesiastici, quod pro tempore mutari saepe mutari necesse est: ritus autem ille baptizandi trina immersione, vocatur a praedictis Patribus traditio, non divina, sed humana auctoritate introducta.

Interres sexto, quod quando ablutio fit per immersionem, emersio non est necessaria ad valorem Baptismi: unde qui puerum proiecit in puteum, animo ipsam baptizandi & suffocandi, si veram formam Baptismi profert, antequam puer suffocaretur, vere ipsam baptizat: in illo enim casu esset vera ablutio, subindeque vera materia proxima Baptismi. Nec termini immersionis & emersionis sunt semper correlativi, nam quando piscis qui nascitur in aqua, exit foras, dicitur emergere ex aqua, licet non necessarii immerio.

Dices, Baptismus esse signum sepulturae & resurrectionis Christi, juxta illud ad Colossenses 2. Consepisti Baptismo ei in quo & resurrexisti, per fidem operationis Dei,

qui cum suscipimus a mortuis: Sed hæc significatio & representatio non potest fieri nisi per immersionem, cui succedit emersio: Ergo Baptismus collatus per immersionem, non est validus, nisi immersioni succedat emersio. Respondeo, concessi Majori, negando Minoræ: Baptismus enim est figura mortis & resurrectionis Christi, in quantum per illum moritur peccatis, & ad gratiam resurgimus; quod totum significari potest per solum immersionem, utpote quae est vera ablutio, atque adeo significat emundationem a peccato, & ex consequenti gratiam, sine qua nec fieri nec concipi potest.

Interres septimo, ad Baptismum non esse necessarium totum corpus ablu, sed satis esse si abluatur pars aliqua principalis; & sufficiens, ut totus homo moraliter denominari possit baptizatus, quamvis caput sit semper abluendum, si commode fieri possit, quia est pars possitima in qua vigent omnes sensus: quapropter qui extra necessitatis articulum, relicto capite aliam partem ablueret, peccaret mortaliter, quia in re gravi contra communem Ecclesiae consuetudinem ageret. In casu autem quod absque periculo gravis nocementi caput ablu non possit, sufficeret ablutio in pedore, aut in scapulis; vel si iste partes etiam commode ablu non possent, in aliqua parte integrali, quae sit tanta, ut sine ea anima in corpore conservari non possit. De aliis partibus jure dubitant Theologi, an in eis sufficiat ablutio, subindeque num puer ablutus solum in pede extracto ex utero, & vel in manu, aut brachio rebaptizandus sit sub conditione? quamvis in periculo mortis debeat quicumque pars infantis emergens ex utero baptizari, quia cum non sit omnino certum, quamlibet partem infantis ablutam non sufficere, satis est in tali dubio exponere sacramentum periculo nullitatis, quomodo animam aeternae damnationis expolitam, probabili remedio delinquenti relinquere.

ARTICULUS III.

Quam sit forma Baptismi?

Dico primo: Hæc est convenientis forma Baptismi: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Ita definitur in Florentino in Decreto unionis, & in Tridentino sess. 7. can. 4. & colligitur ex verbis Christi Matthaei 28. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

In hac Baptismi forma in primis particula Te, certum est non esse necessaria, quia Ecclesia approbat Baptisma Graecorum in hac forma, Baptizetur servus Christi, etc. In qua formaliter non exprimitur persona ministris: hoc enim termino Baptizetur, non intendunt Graeci explicare actionem baptizandi ut egreditur a ministro, sed tantum prout est a causa principalis, ad vitandam errorem eorum qui virtutem Baptismi attribuant baptizantibus, dicentes, Ego sum Pauli, ego Cepha, etc.

Secundo, quoad particulam Te, certum est ad valorem Baptismi personam baptizandam debere exprimi in forma: Tum quia id requirit natura talis sacramenti consistens in usu & applicatione materie ad subiectum. Tum etiam quia debet explicari in forma Baptismi distinctio necessaria inter baptizantem & baptizatum, tamquam inter generantem & genitum: non explicaretur autem sufficienter, si non exprimeretur ipse baptizatus, sed diceretur solum, Ego baptizo, quia posset manere dubium, an hoc diceret baptizans de se ipso, vel alio.

Tertio, particula in nomine, ita est de essentia forme Baptismi, ut si quis diceret in nominibus, nullum esset sacramentum, quia significaret falsum: nimirum non esse eandem essentiam & virtutem trium personarum; idem enim est in nomine, ac in virtute, potestate & auctoritate.

Denique in forma Baptismi, cum unitate essentiae, de notata per ly in nomine, necessario exprimi debet Trinitas Personarum, sub propriis nominibus Patris, Filii, & Spiritus sancti. Unde non valet Baptisma collatum in nomine Trinitatis, vel Dei Triini, non nominatis distincte personis: neque in nomine unius aut durum tantum personarum; neque etiam si fiat mutatio in voces appropriate & non proprias, ut si dicatur in nomine omnipotentis, sapientis, & boni: nec denique si dicatur in nomine primæ, secundæ, & tertiæ personæ: Christus enim instituit dari Baptismum sub propriis nominibus Patris, & Filii, & Spiritus sancti, unde si talis dicit expressio, Baptismus nullius erit efficacie. Cur autem velerit Christus expressionem Trinitatis Personarum essentialem esse Baptismum, non vero omnibus aliis sacramentis, alia assignari non potest ratio, quam ejus voluntas; non desunt tamen congruentia, quarum precipua est, quod conveniens fuerit in sacramento regenerationis exprimi ejus principium; unde Fulgentius de fide ad Donatum cap. 9. Baptizari Genes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Salvator noster docuit, ut sicut Trinitatis opere initiatio conditionis accipimus, sic in nomine Trinitatis, divinus adiuturum.



primi gratia sui merebantur. Item congruum fuit, in sacramento fidei exprimi precipium eius obiectum; cognosci expresso sum cui datur fides in Baptismo, & cum quo contrahitur tanta obligatio, ac denique proponi finem ultimum & obiectum precipium nostre beatitudinis, in sacramento quod per se est initium nostre iustificatio- nis, & tendentia ad beatitudinem supernaturalem.

82 Haec sunt certa & indubitata apud omnes Theologos, sed duplex est difficultas & controversia, breviter hic resolyenda. Prima est, an Baptismus in nomine Genitoris, & Geniti, & Procedentis ab utroque collatus, validus sit? Secunda, an modo valeat Baptismus in solo nomine Christi collatus? Pro resolutione prima difficultatis

Dico secundo, Baptismus in nomine Genitoris, & Geniti, & Procedentis ab utroque, non esse validum. Est contra Cajetanum, Victorium, Martinum Ledesma, Valadium, & Martinonum, existimantes hac nomina Genitor, Genitus, & Procedens ab utroque, esse plena synonyma in divinis cum nominibus Patris, & Filii, & Spiritus sancti, idemque formaliter significare. Oppositum docet D. Thomas hic art. 5, ad 7. ubi sic ait: sicut aqua fuitur ad baptismum, quia eius usus est communis ad abluendum: ita ad significandum tres personas, in forma Baptismi assignantur illa nomina quibus communis consuetudo nominari persona in illa lingua; nec in aliis nominibus persoluit sacramentum. Sed nomina illa quibus communis consuetudo nominantur personam divinam, sunt ista, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Ergo in aliis nominibus non persoluit Baptismus, subindeque si confertur in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque, invalidus erit.

83 Respondet Cajetanus, D. Thomam non loqui de perfectione sacramenti, quatum ad essentiam, sed quantum ad praecipuum; subindeque peccatum quidem cum qui sub aliis nominibus, quam Patris, Filii, & Spiritus sancti, Baptismus conferret, sacramentum tamen fore validum.

84 Sed contra primo: Haec Glossa, ut ait Soto, manifeste adversatur textui, nam ubicunque D. Thomas & alii Doctores afferunt sacramentum non perfecti, intelligunt sacramentum esse nullum.

Deinde, ut recte ponderat Serra, cum D. Thomas eodem articulo in resp. ad 1. dicit quod in forma Graecorum verum persoluit sacramentum, ipse Cajetanus, & omnes id intelligunt de perfectione quantum ad essentiam: Ergo ex adverso cum in resp. 5. ait sub aliis nominibus, quam Patris, Filii, & Spiritus sancti, non persoluit sacramentum, intendit sacramentum esse nullum, & cavere eo quod requiritur ad eius essentiam.

Præterea idem S. Doctor in 4. ad Anstaldum dist. 3. quæst. unica art. 2. ad 4. sic ait: Dicendum quod genitor, cum sit nomen verbale, non significat personam ut hypostasim subsistentem, sed magis per modum actus: unde si dicitur, in nomine Genitoris, & Geniti, non erit Baptismus. Quibus verbis non solum Glossam Cajetani penitus destruit, sed etiam precipium eius fundamentum omnino convellit, rationeque istam insinuat, qua potest secundo probari conclusio. Ad valorem sacramenti Baptismi necessarium est ut in forma exprimat ea verba que Christus instituit, vel alia synonyma, & idem significantia: Sed verba illa, Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque, non significant idem quod Patris, Filii, & Spiritus sancti: Ergo ad valorem Baptismi non sufficit exprimere nomina Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque. Major est certa, & illi maxime innotuit Cajetanus. Minor vero quam negat se ostendit. Pater significat subsistentiam primæ personæ, seu relationem quæ constituitur in ratione talis personæ: Genitor autem non significat subsistentiam seu relationem, sed actum notionalem, qui est veluti fundamentum ipsius subsistentiæ, seu relationis, & quo Personæ Divinæ non constituuntur formaliter, ut in Tractatu de Trinitate disp. 11. ostensum est: Ergo nomina Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque, non significant idem formaliter, quod nomina Patris, Filii, & Spiritus sancti.

85 Dices cum Cajetano: Concilium Florentinum definit, illam formam esse ad Baptismus sufficientem, in qua exprimitur actus baptizandi, cum sanctæ Trinitatis invocatione: Sed utrumque sit in proposito forma: Ergo in illa valida potest conferri Baptismus.

86 Confirmatur: Hac nomina Genitor, & Genitus, & Procedens ab utroque, significant idem quod Pater, Filius, & Spiritus sanctus, unde potest quilibet indifferenter invocare & laudare Trinitatem sub primis aut secundis nominibus, ut pater ex hypono Eccllesiastico a D. Thoma edito, in quo sic ait Eccllesia: Genitor, Genitorque, laus & jubilatio. Procedens ab utroque compar sit laudatio: Ergo &c.

87 Ad objectionem dicendum, Florentinum cum requirit ut exprimat actus baptizandi cum sanctissimæ Trinitatis invocatione, nomine Trinitatis, intelligere ipsas personas divinas distincte significatas, ut ex ipso textu manifestum est, nam paulo antea declaraverat, formam Ba-

pismi contineri expressa illa significatione Trinitatis: Ergo si baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Ad confirmationem respondeo Antecedens esse falsum, ut 88 patet ex nostra ratione: quævis immaterialiter loquendo idem significat Genitor, Genitus, & Procedens ab utroque, ac Pater, Filius, & Spiritus sanctus, non tamen formaliter, neque secundum communem & usitatum modum intelligendi hæc enim nomina Pater, & Filius, formaliter significant ipsas relationes Paternitatis, & Filiationis, quibus divinæ personæ constituuntur & distinguuntur; ista vero, Genitor & Genitus, expriment actus notionales, qui sunt fundamenta talium relationum: unde sicut ista nomina, Abedo & Similitudo, non sunt synonyma nec idem formaliter significant: cum unum fundamentum relationis similitudinis, aliud vero ipsam relationem significet, ita nec illa.

Ad id quod subditur dicendum, quod licet extra 89 sacramentum possit quæ vocare Trinitatem sub nominibus Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque, & de facto Eccllesia sub nominibus illis eam sepe invocet & laudet, non tamen in ipso sacramento Baptismi, non propter Christi institutionem, tum etiam quia incertum est, an hæc nomina sint omnino synonyma cum nominibus Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & probabiliter est quod non: in rebus autem moralibus, præsertim vero in materia sacramentorum, non licet sequi opinionem minus tutam & minus probabilem, relicta tutiori & probabiliori: unde si aliquis sub forma illa Cajetani baptizatus esset, falsum sub conditione, rebaptizandus esset.

Dico tertio: Baptismus in nomine Christi collatum invalidum esse. Est contra Magistrum sententiarum, Hugonem Victorinum, Alensem, Adrianum, Cajetanum, & alios: est tamen D. Thomas hic art. 6. & Discipulorum eius; & colligit manifeste ex supra dictis: Christus enim instituit Baptismus dari in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: Sed nomen Christi cum nominibus Patris, Filii, & Spiritus sancti, synonymum non est, cum unam duntaxat personam, scilicet personam Filii, ut in humana natura subsistentem, significet: Ergo Baptismus in nomine Christi collatus, invalidus est. Nec obstat (inquit S. Doctor) quod in nominis unius persona intelligatur alia (sicut in nomine Patris, intelligitur Filius) aut quod ille qui nominat unam solam personam, potest habere veluti fidem de tribus, quia sicut ad sacramentum requiritur materia sensibilis, ita & forma sensibilis: unde non sufficit intellectus vel fides Trinitatis ad perfectionem sacramenti, nisi sensibilibus verbis Trinitatis exprimat; unde & in Baptismo Christi (ubi fuit origo sanctificationis nostri Baptismi) affuit Trinitas in sensibilibus signis, scilicet Pater in voce, Filius in humana natura, Spiritus sanctus in columba, &c. Et Zacharias Papa de consecrat. dist. 4. cap. 1. in Synodo, probans Decretum concilii Anglicani super hæc re editum, sic inquit: Si quis unum de Trinitate personarum in Baptismo non nominaret, illud baptismum verum esse non posset. Et Pelagius eadem dist. cap. 1. sic verba, scribit Gaudentio Episcopo: Si hi qui in locis dilectionis tuæ viciniam commemorari dicuntur, se solammodo in nomine Domini baptizatos fuisse confitentur, sine consuetudine dubitationis ambiguo, eorum ad fidem catholicam venientes, in sanctæ Trinitatis nomine baptizabunt. Quibus verbis manifeste supponit, Baptismus collatum in nomine Domini esse invalidum: pro eodem autem accipit in nomine Domini, ac in nomine Christi: tum quia nullas unquam fuit usus baptizandi in nomine Domini præcise, sed solum in nomine Jesu Christi. Tum etiam, quia idem Pontifex in eodem Decreto de illis loquitur de quibus dicit: Multi sunt qui in nomine solammodo Christi se credunt baptizatos.

Obijcies: Actorum 8. dicitur: In nomine Jesu Christi baptizabuntur viri & mulieres. Et iterum: Baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Et cap. 2. Petrus dixit: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi. Et cap. 10. idem Apostolus iussit aliquos Gentiles baptizari in nomine Domini Jesu Christi. Denique cap. 19. dicitur aliquos qui baptizati tantum erant. Joannis baptismate, baptizatos fuisse in nomine Domini Jesu. Ergo baptismus in nomine Christi collatum validum est.

Respondet Pater Nicolai in Scholis ad artic. 6. hujus quæst. & in additionibus ad Raynerium, verbo Baptismus cap. 1. quod cum in actibus Apostolorum quidam dicuntur baptizari in nomine Christi: per 1. in nomine Christi, intelligitur in fide Christi, vel in professione fidei Christianæ, quæ a Christo denominatur ut a proximo indicatur, vel obijciat juxta illud Actorum 16. Crede in Dominum Jesum. Et Actorum 19. versu 4. Joannes baptizavit baptismum penitentis populum dicens, in eam qui venturus esset post ipsum ut crederent, hoc est in Jesum. Ubi & adjungitur eos quibus hæc Paulus loquebatur, ita quibus baptizatos esse in nomine Domini Jesu: quasi dicerent in fide illa Jesu &c. ita ut in nomine Jesu non sit intelligendum ex parte baptizantis, quantum ad formam baptizandi, sed ex parte potius baptizati, quantum ad professionem fidei, quam in baptismo emittit.

emittit quia in ipsa fide Christi continebatur implicite fidei totius Trinitatis, omniumque salutis nostre mysteriorum, quæ operatus erat Christus; & quæ suis propoluerat credenda, seu per ipsum sui nominis professionem cogitanda. Hæc solutio probabiliter non caret, eamque etiam tradidit Soto in 4. dist. 3. quæst. unica art. 6.

93 Secundo responderi Cano lib. 6. de locis Theologicis cap. 8. ad 7. quando in actibus Apostolorum, in nomine Jesu Christi Apostoli baptizasse dicuntur, non putandum est, eos propterea Spiritus sancti, Patrisque nomen omisisse; sed illorum nomina in forma qua baptizabant, cum nomine Jesu Christi expressisse.

94 Hæc etiam solutio valde probabilis est, & consona doctrine Sanctorum Patrum, præsertim Cypriani & Augustini. Primus enim Epist. 73. post medium, referens quod Actorum 2. dixit Petrus, Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, sic explicat: Jesu Christi mentionem fuit Petrus, non quod Pater omiseretur, sed ut Patri quoque Filii adjungeretur. Alter vero lib. 3. contra Maximinum cap. 17. Qui Pater (inquit) & Spiritus sanctus non nominantur, in nomine Jesu Christi iusti sunt baptizari, tamen intelliguntur non baptizari nisi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: ex quo & argumentum ducit, ut cum alibi non exprimitur, subintelligi tamen debeat. Huic consonat quod Abdias, Babylonicus & alii scribunt, nimirum in exordio nascentis Eccllesiæ Apostolos his verbis baptizasse solitos: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii ejus Jesu Christi, & Spiritus sancti.

95 Respondet tertio S. Thomas hic art. 6. ad 1. Quod ex speciali Christi revelatione Apostoli in primitiva Eccllesia in nomine Christi baptizabant, ut nomen Christi quod erat obsoletum Judæis & Gentilibus, honorabile redderetur, per hoc quod ad ejus invocationem Spiritus sanctus habetur in Baptismo. Eandem solutionem & doctrinam tradunt Alensis, D. Bonaventura, Altifiodorensis, Richardus, Durandus, Paludanus, Gabriel, Major, Marillus, Soto, Sylvestre, Tabiena, Armilla, Valentia, Toletus, Bonacina, & alii, quos refert & citat Martinez a Prado hic dubio 5. s. 5. eamque probabilem esse indicat Catechismus Romanus capite de Baptismo, ubi sic habet: Si aliquando tempus fuisset dicendum est, quod Apostoli in nomine tantum Domini Jesu Christi baptizarent, id quidem Spiritus sancti afflatu eos fecisse, exploratum nobis esse debet, ut initio nascentis Eccllesiæ Jesu Christi nomine prædicatio illustris fieret, divinique & immensa ejus potentia magis celebraretur &c.

96 Hanc tamen solutionem & doctrinam D. Thome & antiquorum, omnino improbabilem esse existimant Suarez, Vasquez, & alii Recentes, & contententes nusquam, etiam Apostolorum tempore, validum fuisse Baptisma in nomine solius Christi collatum, idque suadere conantur primo ex Scriptura: nam Actor. 19. cum Paulus aliquos qui se Christianos esse profitebantur, interrogasset, An Spiritum sanctum accepissent? Illique respondissent: Neque si Spiritus sanctus eis audivimus: subiecit Paulus, In quo ergo baptizati estis? At hæc secunda interrogatio non fuit congrua, si in Baptismo, Apostolorum tempore, & initio nascentis Eccllesiæ, non nominaretur Spiritus sanctus, sed Baptismus in solo Christi nomine conferretur; neque enim admirabile fuisset eos baptizatos fuisse; nec tamen audivisse nomen Spiritus sancti: Ergo etiam Apostolorum tempore, fideles in nomine trium Personarum Divinarum, non vero in solo Christi nomine baptizabantur.

97 Secundo in canone 49. Apostolorum prescribitur, ut in nomine Patris, & Filii Baptisma conferatur, nulla ibi invocationis Christi nominis mentione apposita. Item Can. 50. Baptismus in nomine Christi collatus rejicitur, & ratio assignatur: Non enim dicit non Dominus in morte sua baptizare, sed in nomine Patris &c.

98 Tertio, Unicum tantum est specie Baptisma in Eccllesia, ut patet ex Symbolo fidei, & ad Ephes. 4. Si autem Apostoli in nomine Christi baptizassent, cum illa forma fuisset diversa ab ea qua nunc baptizamus, constituisset diversum specie Baptisma in Eccllesia: Ergo, &c.

99 Denique, Apostoli habebant Matth. ultimum recens mandatum de Trinitate distincte nominanda in forma Baptismi: Ergo non est credibile, eos in solo Christi nomine baptizasse.

100 Hæc tamen levia sunt, & facile dilari possunt. Ad primum enim, quod valde tenuè esse fatetur Vasquez, respondeo semper etiam temporibus Apostolorum moris fuisse, ut adultis Baptismus non administraretur, nisi præmitteretur doctrina fidei, in qua Mysterium Trinitatis præsertim baptizando credendum proponebatur, & explicabatur baptismum operari salutem in Spiritu sancti virtute. Unde hic est versus interrogatio Pauli sensus: Cœpistolus mei non baptizant, nisi prius Spiritum sanctum esse, Baptismusque in ejus virtute operari doceant: vos ergo qui ad Spiritum sanctum sit non auditis, in cuius virtute baptizati estis? Ex quo nihil contra doctrinam & solutionem D. Thome colligi potest, quandoquidem licet in solo nomine Christi baptizati fuisset, tamen cognovissent ex Catechismo præcedenti Spiritum sanctum.

sent, tamen cognovissent ex Catechismo præcedenti Spiritum sanctum.

Ad secundum respondeo ideo solum in Canone 49. mentionem fieri de forma Baptismi in nomine Patris, & Filii, &c. non vero de alia in nomine Christi, quia licet ista etiam esset valida, non tamen perpetuo duratura in Eccllesia, sicut alia, sed solum ad tempus: Canon autem non debet esse nisi de forma in Eccllesia perpetuo duratura. Quantum vero ad Canonem quinquagesimum dico ibi reprobari Baptisma in morte Christi collatum, propter errorem quorundam hæreticorum, qui existimantes Christum esse purum hominem, nec dici filium Dei, nisi propter merita, quæ præsertim morte sua consummaverat, consequenter baptizabant in commemorationem mortis Christi: Sed nihil inde contra doctrinam D. Thome, quandoquidem nihil ibi de Baptismo in nomine Christi.

Ad tertium in primis dico Baptisma dici unum, quia iterari non potest, & nequit nisi semel suscipi, ut patet ex dicendis articulo sequenti. Vel quia, ut alii exponunt, licet sint plures ministri baptizantes exterius, unus est qui interius baptizat, scilicet Christus. Vel etiam unum quidem citra divinam dispensationem dari Baptisma in Eccllesia, ex speciali tamen Christi dispensatione, aliud interdum posse existere, & de facto existisse in nascentis Eccllesiæ exordio, ob rationem a D. Thoma & Catechismo Romano insinuatam: cum enim nomen Christi, inter prima nascentis Eccllesiæ incunabula, Judæis ac Gentibus odiosum esset & infame, ut amabile redderetur & augulum, decessit ex speciali ipsius dispensatione, ut Apostoli illo nomine, nedum ad miracula paranda, sed etiam ad baptismalem gratiam conferendam uterentur, & Baptismus non sui forma solita, sed tantum sui istis verbis, in nomine Christi, conferretur. Nec valet quod ait Suarez, Christi nomen fat coheserari, & reddi amabile, si ingrediatur formam Baptismi, una cum nominibus Patris, & Spiritus sancti. Nam perversi Judæi inde anam accepissent calumniam, & dixissent Apostolos gratis nomen Christi aliis adjungere, & Spiritum sanctum, ac gratiam, non in Christi nomine, sed in aliis quibusdam misceretur, communicari. Adde quod multo magis amabile redderetur nomen Christi, si solum ponebatur in forma baptismi, quia quando aliquid nomen est solum, multo magis ad ipsum, & ad ejus virtutem advertimus.

Ad ultimum respondeo solum concludere, quod tempore Apostolorum debuit Baptismus administrari etiam interdum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, quod non negamus: licet enim dicamus quod sepe Apostoli in solo Christi nomine baptizarent, ut locis supra citatis legitur, fatemur tamen quod sepe etiam in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizabant: immo postea cessante causa dispensationis, & Christi nomine per totum orbem diffusio, & a Judæis ac Gentilibus agnito, ea tantum forma usi sunt, & tunc Baptisma in solo Christi nomine collatum fuit invalidum.

Dices, Nicolaus Papa (ut habetur de Consecr. dist. 4. cap. A quadam Judæo) ad consulta Bulgarorum, qui ab eo petierant quid esset agendum de multis a quodam Judæo baptizatis, respondit, quod si in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legitur, baptizati sunt, rebaptizari non debent, & rationem reddit, quia unum idemque est Baptisma in nomine Trinitatis, & in nomine Christi, ut S. Ambrosius exponit: Ergo Baptisma in solo Christi nomine collatum, etiam post Apostolorum tempora fuit validum.

105 Respondeo cum Soto, quod licet Nicolaus revera arbitratus sit quod tempore suo valeret Baptisma in nomine Christi, hoc tamen non decrevit ut Summus Pontifex, sed ut Doctor particularis, tamquam opinionem, quam putavit esse Ambrosii summi namque Pontificis quod extra Concilium decerneret, non semper constituunt tamquam articulum fidei; maxime quando Auctorem citant: & ideo, non obstante tali decreto, sequi debemus contrariam doctrinam, quæ auctoritatibus alicujus Pontificis, & SS. Patrum validius comprobatur.

ARTICULUS IV.

An Baptismus possit iterari?

106 Marcionista olim (ut refert Epiphanius hæres. 42.) trita Baptismata eidem homini concedebant, si post primum in alia peccata laberetur: unum in infantia, ad delendum peccatum originale; alia duo in adulta ætate, ad imitationem Christi, qui & Baptismo Joannis, & postea proprio sanguine baptizatus est. Quidam etiam ex Anabaptistis hujus temporis, rebaptizant eos qui post semel susceptum Baptismum fidem abnegarunt, ut refert Valentia hic quæst. 1. puncto 4. Augustinus vero lib. 4. contra Petilianum Donatistam cap. 27. inquit etiam Donatistas duo admisisse Baptismata, unum pro justis, & aliud pro iniquis: quare illi non erant totaliter immunes ab hæresi rebaptizantium, quidquid in contrarium dicit Vasquez.



quez disp. 146. cap. 2. num. 4. Unde S. Thomas 4. contra Gentes cap. 59. in fine sic ait: Cum Baptismus sit quidam consecratio hominis baptizati, non est iterandum Baptisma, per quod excluditur error Donatistarum, vel Baptizantium. His pramissis, ut fidei Catholica veritas stabiliat.

Dico breviter, Baptismus iterari non posse, id est eundem subiecto semel vere baptizato, iterum valide conferri. Patet ex Lateranensi cap. Firmius, Florentino in Decreto Eugenii, & Tridentino sess. 7. can. 11.

107 Colligitur etiam ex illo ad Hebraeos 6. Impossibile est eis qui semel illuminati... & prolapsi sunt, rursus renovari ad poenitentiam, rursus cruciungentes sibi membra Filium Dei, & ostentui habentes. Licet enim aliqui heretici, imo & Catholici quidam, hunc locum intelligant de poenitentia, heretici quidem, ut probent peccata post Baptismum commissa esse irreversibilia; Catholici vero, ut ostendant difficile remitti, tamen D. Augustinus libro de vera & falsa poenitentia, ceteris esse de Baptismo intelligendum, sicut & D. Chrysostomus homil. 9. in Epist. ad Hebraeos, & multi alii, & merito, ut enim infra dicemus, in Baptismo commoritur Christus, & conspelimur, unde quia semel Christus mortuus est, iterare Baptismum, est agere contra eius significationem, & falso Christi mortem & sepulchrum representare. Quare sensus verborum Apostoli est: impossibile esse eos qui semel baptizati sunt (cum enim Baptismus sit sacramentum fidei, congrue significatur nomine illuminationis) rursus renovari ad poenitentiam, id est per baptismum iterum habere remissionem peccatorum: cuius rationem signat, quia hoc est in semetipsis rursus crucifigere Christum.

108 Probat etiam D. Thomas hic artic. 9. conclusionem nostram ex illo ad Ephesios 4. Unus Dominus, una fides, unum Baptismus: quo testimonio utitur etiam S. Leo rector de consecratione dist. 4. cap. Cum itaque, dicens: scimus quidem inextinguibile esse facinus, quod iuxta Hereticorum dogmata, contra sanctorum Patrum instituta, cogitur aliquis laetantem quod regenerandi semel tributum est, his subire, Apostolica reclamante sententia qua nobis unum primum in Trinitate Deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptismo sacramentum.

109 Eandem veritatem confirmat S. Thomas variis congruentis, quarum prima est, quia Baptisma est quadam rearsentia spiritualis, iuxta illud Christi Joannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Quare sicut nativitas carnalis unica est, ita unicam debuit esse Baptisma, & congruum est illud non posse iterari, sicut nec carnalis generatio. Unde Augustinus Tractatu 11. in Joan. exponens illud Joannis 3. Numquid potest homo in ventrem matris sua iterato introire, & renasci? Sic tu (inquit) intellige nativitatem Spiritus, quemodo intellexisti Nativitatem carnis, quemodo enim uterus non potest repeti, sic nec Baptismus.

110 Secunda: Baptismus est figura mortis & Resurrectionis Christi, quia per illum morimur peccato, & resurgimus in novitate vite, iuxta illud Apostoli ad Romanos 6. Conspepsi sumus cum illo per Baptismum, in mortem, ut quemodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vite ambulemus: Ergo sicut Christus semel tantum mortuus est, & resurrexit, ita conveniens est, ut homo semel tantum baptizetur.

111 Dices, Eucharisita est representatio mortis & passionis Christi, iuxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 11. Quotiescumque manducamus panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuuntiamus; & tamen sacramentum Eucharisitae quotidie iteratur: Ergo licet Baptismus sit figura mortis & sepulchri Christi, poterit nihilominus iterari.

112 Respondet S. Thomas hic artic. 9. ad 5. Quod utrumque sacramentum, scilicet Baptismi & Eucharisitae, est representativum Dominicae mortis & passionis, aliter tamen, & aliter: nam in Baptismo commemoratur mors Christi in quantum homo Christo commoritur, & in novam vitam regeneratur: sed in Sacramento Eucharisitae commemoratur mors Christi, in quantum ipse Christus passus, exhibetur nobis quasi Pascha convivium, secundum illud 1. ad Corinth. 5. Pascha vestrum immolatus est Christus, itaque epulemur; & quia homo semel nascitur, multoties autem cibatur, semel tantum datur Baptismus, multoties autem Eucharisita.

113 Tertia ratio D. Thomae est, quia Baptismus imprimit caracterem, qui est indelebilis, & cum quadam consecratione datur, unde sicut aliae consecrationes non iterantur in Ecclesia, ita nec Baptismus. Quia etiam ratione utitur Florentinum in Decreto Eugenii, ubi sic ait: Tria sunt sacramenta Baptismus, Confirmatio, & Ordo, quae characterem, id est spirituale signum, imprimunt in animo indelebiliter, unde in eadem persona non iterantur. Hanc quoque insinuat Cyprianus, vel Auctor sermonis de ablutione pedum, his verbis: Baptismus repeti Ecclesiastica prohibet regula, & semel sanctificationis nulla deinceps manus iterum consecrans praesumo accedere; quia contumelia esset Spiritus sancti, si evanescere posset quod ille sanctificat; vel alia sanctificatio emendaret quod semel ille sanxit & confirmat.

Quarta ratio est: Baptismus datur principaliter contra originale peccatum: Ergo sicut peccatum originale non iteratur, ita nec debet iterari Baptismus. E contra vero, quia poenitentia est remedium contra peccata actualia, quae saepe committuntur, multoties iterari debet.

Queres primo, quid sit sciendum, quando dubitatur, an aliquis sit baptizatus? Respondet si dubium sit rationale, illum esse rebaptizandum sub conditione. Tunc autem dubium est rationale, cum occurrunt conjecturae impediens ne animus certo iudicet esse baptizatum; aut quando non sunt motiva sufficienter inducentia, moraliter loquendo, ad id credendum. Potest autem esse dubium, an aliquis sit baptizatus, vel quia illi applicatus est Baptismus in forma aut materia dubia, & tunc est dubium juris: vel quia nescitur, an de facto illi fuerit applicatus, & tunc est dubium facti. Ad hoc vero ut non censatur esse dubium, moraliter loquendo, sufficit quod aliquis fide dignus assermet, Baptismum fuisse cum omnibus requisitis collatum; & si stante hac certitudine aliquis cum rebaptizaretur, etiam sub conditione, peccaret mortaliter, quia injuriam faceret sacramento Baptismi, ejus materiam & formam subiecto incapaci scienter applicando: sicut esset peccatum mortale, denuo consecrare, etiam sub conditione hostiam, quam consistet moraliter esse consecratam. Unde de pueri expositi, si secum habent scriptum testificans illos esse baptizatos, quamvis nomine telis non exprimitur, nullatenus sunt rebaptizandi, etiam sub conditione, bene tamen si nullam habent scriptum aut certam notam suscepti Baptismi.

Queres secundo, quo sint poena contra rebaptizantes & rebaptizatos in jure statuta? Respondet eos damnari poena mortis in jure civili, lege prima, Codice De sanctorum Baptisma reiteretur: jure autem Ecclesiastico incurrere irregularitatem: Can. Qui in qualibet, 1. quest. 7. & cap. Eo quo, de Consecrat. dist. 4. & cap. Ex litterarum, de Apollis.

Adverte tamen, esse valde probabile eos qui rebaptizant & rebaptizantur sub conditione, etsi sint certi de collato ante Baptismo, non incurrere irregularitatem, quia ut habetur in cap. His qui de sententia excommunic. in sexto, non incurrunt irregularitates, nisi habeatur expressio in jure; non habetur autem expressio, nisi contra rebaptizantes & rebaptizatos absolute. Adde quod, odia sunt restringenda, unde cum lex ista contra rebaptizantes, & rebaptizatos sit poenalis, non est extendenda ad rebaptizantes & rebaptizatos sub conditione.

Queres tertio, quid significant verba illa Apostoli 2. ad Corinth. 15. Quis scitiam qui baptizantur pro mortuis? Respondet, occasione horum verborum, nonnullos olim fuisse hereticos, apud quos mos erat, ut vivi pro mortuis, id est qui sine baptismo decedissent, baptizarentur, ut referunt Tertullianus lib. de Resurrect. carnis, & lib. 1. contra Marcionem, & D. Ambrosius in commentariis in illum locum Apostoli. Unde SS. Patres, ut errorem illum resellerent, variis modis hunc locum interpretati sunt. Chrysostomus enim & Theophylactus haec verba referunt ad veterem consuetudinem baptizandi. Nam olim qui baptizabantur, antequam reciperent sacramentum, recitabant Symbolum: cum autem pervenissent ad illa verba: Credo resurrectionem mortuorum continuo perfundebatur aqua, & hoc voluit esse baptizari pro mortuis, in eis contentes resurrectionem mortuorum. Divus autem Hieronymus & Theodoretus putant esse allegoriam, ut baptizati dicantur pro mortuis, qui per baptismum, ut ait Apostolus, Christo conspelimur. Demum nonnulli sunt scripturae interpretes, qui existimant propriam horum verborum sensum esse, ut baptismus non accipiatur pro baptismo aquae, sed pro baptismo sanguinis; ita quod sensus Apostoli sit: si resurrectio mortuorum non est, frustra in hac vita, tot pericula subimus, & tot afflictiones patimur? hoc enim est baptizari, iuxta illud Christi: Marci 10. Potestis bibere Calicem quem ego bibo, & baptismo quo ego baptizor baptizari?

ARTICULUS V.

Praecipua baptismi ceremonia breviter exponuntur.

Divus Thomas hic artic. 1. docet conveniens esse in solemnem celebrationem baptismi, aliquas ceremonias adhiberi. Primo quidem ad excitandam devotionem fidelium, & reverentiam ad sacramentum; si enim simpliciter ferret absolute in aqua, absque solemnitate, de facili ab aliquibus asperneretur quasi quidam communis ablutio. Secundo, ad fidelium instructionem: simplices enim qui non litterari erudiuntur, oportet erudire per aliqua sensibilia signa. Tercio, quia per orationes, & benedictiones, & alia hujusmodi, cohibetur die animabus ad impediendam sacramentalis effectus.

Porro ceremonie in administratione baptismi adhiberi solite, triplicis generis sunt, aliae baptismum antecedunt, aliae concomitantur, aliae subsequuntur. Prima ceremonia est

est aqua consecrata, solet enim Ecclesia in vigilia Paschalis & Pentecostes, fontes baptismales sollempniter benedicere, & magna religione ad baptizandum consecrare, ac Spiritum sanctum invocare, ut aquas arcana nuntius sui virtute locandam, eisque vim regenerandi baptizandos conferat. Hujus caeremoniae meminerunt SS. Patres: Ambrosius enim lib. 1. de Sacram. cap. 5. docet illam iunctam fuisse ex Christi factis, quod prius consecravit tactu carnis suae aquam Jordanis, deinde descendit Spiritus sanctus. Sic enim (inquit) disciplina & quae Ecclesiasticus obtinet, ut prius fons baptismatis consecratur, deinde baptizandus descendat. Et Cyprianus Epist. 42. Oportet mundari & sanctificari prius aqua a sacerdotibus, ut possit peccata hominis qui baptizatur, abluere. Item Augustinus tract. 80. in Joan. Ad hunc (inquit) fontem baptismatis, Apostolus ritum consecratum, baptizandus vel accedens admittitur, vel adducitur infans. Et ferm. 19. de baptismo loquens ait: Aqua sacris invocationibus prius consecratur.

Secunda ceremonia est statio ad fores Ecclesiae, non enim domum Dei ingredi debent, qui nondum sunt civis sanctorum & domestici Dei, sed tantum ad ejus introitu prohiberi, quando sub peccato jugo, & diaboli potestate tenentur, quibus per sacramentum depulsis, in Dei familia excipiuntur.

Tertia est Catechismus, quo praecipua Christiana religionis capita exponuntur, cum enim baptismus sit sacramentum fidei, necesse est ut baptismate initiandus, de praecipuis nostrae fidei mysteriis erudiatur. Et licet pueri usu rationis carentes, doctrina & fidei capaces non sint, tamen ut Augustinus Epist. 23. Per alios creatur, sicut ab aliis qui in baptismo remittuntur traxerunt peccata. Et lib. de peccat. merit. & remis. cap. 25. Mater Ecclesia (inquit) ut maternum parvulis praebet, ut facris mysteriis imbantur, quia nondum possunt corde proprio credere ad justitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem.

Quarta, ut baptizandus habeat susceptorem, quod ipso tempore Apostolorum factum est, ut legitur apud Dionysium de Eccles. hierarchia cap. 3. Illi vero adhibentur verba praefatum de causalibus. Primum, ut toties Ecclesia baptizet acceptis vadibus. Deinde, ut nullas Christianus sit, qui non habeat pedagum a quo doceatur. Tertio, ut expressus representetur generatio spiritualis quae fit in baptismo, adhibitis parentibus spiritualibus. Sed de hoc fustius disput. sequenti artic. 3.

Quinta ceremonia est exorcismus, seu adjuratio, qua demon compellitur ut exeat, & expellitur ab anima baptizandi, quam per peccatum originale inhabitat. Unde Augustinus lib. 1. de symbol. cap. 2. Ita parvuli exsufflantur & exorcizantur, ut pellantur ab eis diaboli potestas inimica, quae decepti hominum, ut possideret homines.

Sexta est exsufflatio, de qua D. Ambrosius lib. de iis qui mysteriorum mutantur cap. 1. ubi sic ait: Olorem vitae teras vobis insufflantur carpit. Quibus verbis rationem innuit cur hujusmodi ceremonia adhibetur, nimirum ut significetur largitio quadam divini Spiritus, quem Christus etiam insufflatione dedisse legitur Apostolis.

Illius etiam meminit Augustinus lib. 2. de nuptiis & concup. cap. 23. ubi hanc ritum antiquissimam traditionem appellat, ex qua etiam tribuit peccatum originale in parvulis. Unde cap. 48. ait: Accipit (Pelagus) Ecclesiam reo ore diffusam, in qua ubique omnes baptizandi infantes non de aqua exsufflantur, nisi ut ab eis princeps mundi micretur foras. Tamenque iste (addit lib. 6. contra Julian. cap. 5.) a vero ore exsufflandus esset, si hinc insufflationi, qua princeps mundi etiam a parvulis ejicitur foras, contradicere voluisset.

Septima est signum crucis, quod fronti baptizandi imponitur. Quam caeremoniam Basilii lib. de Spiritu sancto cap. 27. numerat inter eas traditiones, quae non fuerunt introductae in Ecclesiam successu temporis, sed acceptae ab Apostolis. Illam a Christianis Gentiles usurpasse docet Tertullianus lib. de praescript. his verbis: Et sic adhuc indicat Mitra (id est soli) & signa illi in frontibus militis suae. Id est demum caeremonias Ecclesiasticas imitatus, cum aliquem ordinet Sacerdotem Dei Mitra, signat illum in fronte, sicut apud nos signatur Christiani. Hinc signum Domini generali nomine vocatum est, non quodcumque signum crucis, sed quod in baptismo fuerat imprium; quia erat quasi character quidam, quo Christiani discernentur ab aliis, ut testatur Cyprianus epist. 6. libro 4. & in Sermone de lapsis. Hic rito tanti fuit apud veteres, ut inde manavit vulgaris opinio, corripit a demonibus eos qui sine hac caeremonia fuissent baptizati. Hanc enim causam in praedicto sermone reddit idem Cyprianus, cur quidam martyrum non cesserit diabolo tentanti, Cornelius in Epist. ad Fabianum, cur Novatus haereticus fustis agitur a demone, apud Eusebium lib. 7. hitoriae cap. 33.

Octava est salis appositio, qua significatur baptizandum fidei doctrina & sapientie discretionem esse imbendum, ut a peccatorum putredine liberetur, saporem bonorum operum percipiat, divinae sapientiae pabulo refectatur. Theol. Genet. Tom. V.

ficiatur ac deleatur, & sermo ejus semper sale conditus sit.

Nona est tangere nares & aures, ac dicere Ephetha, in jecto spuro, quae significat nos deinceps debere esse attentis auribus & aperto ore, ad excipiendum verbum Dei, & sumpta est ex Christi exemplo Marci 7. ubi hoc modo aperuit aures & os surdo & muti. Unde Amorosius lib. 1. de sacramentis cap. 1. repetita Evangelica historia, ubi dicitur Ephetha, quod est adaperire, ait: Ideo ubi Sacerdos aures tetigit, ut aperirentur aures tuae ad sermone; nares, ut bonum odorem percipias pietatis aeternae, ut cum Apostolo dicas, Christi bonus odor sumus, & sic in te fidei, devotioisque plena fragrantia.

Decima est abrenuntiatio, de qua Dionysius cap. de baptismo: Ter (inquit) qui baptizatur, jubetur insufflari, deinde recitare verba abrenuntiationis. Et Tertullianus lib. de spectaculis cap. 4. sic ait: Cum aquam ingressi Christiani fidem in legis sua verba profiterentur, renuntiasse nos diabolo & pompis & angelis ejus, ore nostro contestamur. Et libro de Idololatria: si diaboli (inquit) pompam operari, quidquid ex eis recideris id scias esse idololatriam. Item Cyprianus in libro de duplici martyrio sic habet: Simul Diabolo denunciasti perpetuas inimicitias, renuntiasti omnibus illius pompis, ac voluptatibus. Demum Ambrosius lib. 2. de sacram. cap. 2. Quando interrogavit te (inquit) Sacerdos, abrenuntias Sathana & operibus ejus? quid respondisti? Abrenuntio. Abrenuntias voluptatibus saeculi? quid respondisti? Abrenuntio.

Undecima est unctio, quae duplex est: una ante baptismum, quae fit in simplici oleo benedicto, in pectore, & inter scapulas, in signum pugnae spiritualis contra inimicum, sicut athleta munguntur: altera in chrismate, quae fit in vertice capitis, quam S. Sylvester insufflavit, & de qua loquitur Ambrosius libro 3. de sacram. cap. 1. dicens: Unguentum super caput effunditur, quia sensus sapientiae in capite ejus, ut scilicet sit paratus omnipotenti deo fide reddere rationem. Vel ut ait S. Thomas in 4. dist. 6. quest. 2. artic. 1. questio. 2. ad 4. sicut per ablutorem aqua significatur emundatio a peccatis, ita per chrismatis unctio in vertice, significat ut gratia cellata in mente ad bene operandum, ut odor boni exempli ad alios diffundatur. Inter hanc autem unctioem, & illam quae fit in confirmatione, notabile intercedit discrimen; licet enim utraque fiat in chrismate, & in capite, unctio tamen baptismalis fit in fuminate capitis, quasi ad ostendendam sanctificationem interiori; unctio vero confirmationis fit in fronte ad ostendendam perfectionem exteriori sanctitatis absque ullo pudore, cujus index & nota est frons.

Duodecima est tria immersio, quam Basilii lib. de Spiritu sancto cap. 27. dicit esse traditionem Apostolorum, & quam idcirco dicit usurpavit Ecclesia, ut per illam mysterium Trinitatis designaret. Quingentes autem sexaginta annis post Christum, cum in Hispania Ariani regnarent, & illa caeremonia abuterentur, dicentes significare tres personas & tres naturas, Hispani Sacerdotes coeperunt seculum tantum mergere, quod hodie fit. De qua re D. Gregorius consultus ab Alexandro Episcopo Hippolensi, lib. 2. epist. 41. respondit, non esse absurdum, causa Arianorum, mutari illam caeremoniam.

Reprehensibile (inquit) esse nullatenus potest, insistentem in baptismo vel ter vel semel immergere, quando & in criminis meritoribus personarum Trinitas, & in una potest Divinitatis singularitas designari. Sed quia nunc hucusque ab hereticis infans in Baptismo tero mergebatur, sciendum apud nos non consuevit, neque meritos numerant, divinitatem dividant; dumque quod faciebant faciunt, se morem nostrum dicit esse gloriantur.

Decimatertia est vestis candida, quae traditur baptizato, in signum gloriosae Resurrectionis, ad quam homines per baptismum regenerantur, & ad significandum puritatem vite, quam debent post baptismum observare, secundum illud ad Roman. 6. In novitate vite ambulemus.

Decimaquarta est cereus accensus, qui in manu baptizati traditur, ut aliis per bona opera praelucere debere ostendatur. Unde Rabanus lib. 2. de instit. Clericorum cap. 9. ait baptizatos per septem dies (id est per hebdomadam Pasche) non solum in Angelico castitatis habitu (id est candida veste) sed etiam in luminibus castis claritatis (id est cum cereis accensis) assistere sacrificio Missae solere.

Decimaquinta erat, ut recens baptizatus porrigeretur lac & mel, tam ad significandam infantiam in Christo, tum etiam ad declarandam vite Christianae suavitatem. Unde primo sacro quod audiebant qui nuper baptizati erant, recitabantur illa epistola Petri quae dicitur: Quasi modo geniti infantes lac concupiscite. Hinc Tertull. lib. 1. contra Marcionem: Ille quidem neque aquam reprobat Creatoris, quae suae ablutit, neque solum oleum quo suos ungit, neque mellis & lactis sacratem, quae suae infantiam. Et D. Hieronymus dial. contra Luciferianos: Multa (inquit) quae per traditionem in Ecclesia servantur, auctoritatem sui scripta



Scriptura legis usque hodie, vel in lauro ter caput mar-  
gare, & inde egredietur lactis & mellis praeputium concordiam,  
ad infantis significandum.

135 His quidem caeremoniis addi possunt duae aliae pure  
extrinsecae, nimirum tempus & locus, quibus solet mi-  
nistrari baptismus. Quantum ad primum docet D. Thom.  
hic art. 10. ad 1. quod sollempnis Baptismus agitur in Ec-  
clesia in vigilia Pasche, quando fit commemoratio sepul-  
turae, & Resurrectionis Christi, tum quia (ut supra ostendimus)  
Baptismus est figura sepulturae & Resurrectionis  
Christi: tum etiam, quia Christus post Resurrectionem  
praecipit de Baptismo discipulis dedit, ut haberet Math.  
ultimum. Item in Ecclesia solet ministrari Baptismus cum  
solempnitate, in vigilia Pentecostes, quia tunc incipit ce-  
lebrari sollempnitas adventus Spiritus sancti, a quo bap-  
tismus habet efficaciam, iuxta illud Joan. 3. Nisi quis  
renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Unde & Apo-  
stoli leguntur ipso die Pentecostes, quo Spiritum sanctum  
repperunt, tria millia hominum baptizasse.

136 Haec duo tempora Paschalis & Pentecostes, quibus olim  
conferri Baptismus solebat, eleganter describit Fortunatus  
lib. 3. Metro 3. ubi de Baptismo Paschali habet hos  
versus:

Rex facer, ecce tui radiat pare magna triumphi,  
 Cum parat animas sacra lavacra beant,  
 Canadidae egredietur nitidae exercitus undis,  
 Aque vetus vitium purgat in anne novo:  
 Fulgentis animas vestit quoque candida signat,  
 Et greges de nive gaudia Pastor habet.

Baptismus vero Pentecostes celebrari his versibus lib. 3.  
Metro 4. ubi Judaeus ab Episcopo Avennensi S. Avito  
baptizatus, ita describitur:

Ecce dies aderat quo Spiritus domus ab alto  
 Missus Apostolicis fluxit in ora viris,  
 Rex sacra virtutis, urbanos excitat omnes,  
 Certatione aditae ad pia secula ferunt,  
 Abitur Judaeus odor baptismus hinc  
 Et nova praesentis radicita ferat aqua.

Nunc tamen usus ille desit observari, & alius etiam  
temporibus baptizata celebrari consueverunt in Ecclesia,  
quia ut ait Rupertus lib. 4. de divin. officii c. 10. Post-  
quam Christianitas crevit, & sagena illa verbi Dei piscina  
impleta est, quia baptizatum erat tantam multitudinem dis-  
ferri, propter necessitates mortis, quae in multitudine hominum  
multa sunt; maxime propter curam infantium, quorum re-  
vera vita per se habet occasionem succidendi, visum est sanctis  
Ecclesiae, passim indulgentiam baptismi concessisse, cunctis ante-  
vertere pericula. Quae antiquitas tamen reverentiam & me-  
moriam, adhuc Romae aliqua hujus consuetudinis vesti-  
gia servari solent: nam licet alius etiam temporibus ani-  
mabus baptizata celebrari consueverint, tamen illis duabus  
festivitatibus (Pascha scilicet & Pentecostes) speciali ut  
par est, sollempnitate sunt.

137 Quantum ad locum, jure divino nullus pro baptismo  
locus determinatus est, unde olim in fluvii, fontibus, &  
privatis domibus ministrabatur, ut ex Actis Apostolorum  
constat, usi tamen & lege Ecclesiastica, statuta sunt cer-  
ta loca, extra quae non est licitum baptismum sollempni-  
ter ministrare, ideoque Baptisteria appellatur, in quibus  
asservari solet vas lapideum consecratum, quod sine bap-  
tismi dici solet, & a Dionysio c. 2. de Eccle. Hierarchia,  
Mater adoptionis vocatur, de Catechumeno enim ait: Ad  
matrem adoptionis venis: quia nimirum in fonte illo, vel  
uti in matrice, & valva quadam spiritali, Catechume-  
nus regeneratur, & in filium Dei adoptatur.

ARTICULUS VI.

Utrum convenienter assignentur tria Baptizata?

Damascenus lib. 4. fidei cap. 10. novem genera Bap-  
tizatum distinguit, quae recenset Raynerius in Pan-  
theologia: titulo de baptismo cap. 9. & ibidem Pater Ni-  
colai. Veram quia inter illa, plura solum figurata sunt,  
ut diluivum, transitus maris rubri, & diversae abluiones  
veteris legis, merito hanc divisionem Damasceni omittunt  
Theologi, ut aliam explanent, quam tradunt Magister in  
4. dist. 4. & D. Thomas ibidem qu. 3. art. 2. quodlib. 6.  
art. 4. & hic art. 11. quae breviter exponenda est.

138 Dico igitur, convenienter assignari tria Baptizata, scilicet  
fluminis, sive aquae, sanguinis, & flammis.

Explicatur & probatur conclusio. Illud merito potest  
appellari baptismus, quod supplet principalem effectum  
baptismi simpliciter dicti, qui est baptismus fluminis: Sed  
martyrium quo homo conformatur passioni & morti Chri-  
sti, & interior penitentia, possunt supplere effectum prin-  
cipalem Baptismi, si ipsum antecedant, aut si haberi non  
possit: Ergo merito fortuntur appellationem baptismi.  
Major patet, Minor probatur. Effectus principalis bap-  
tizatae aquae est gratia & remissio peccati: Sed Baptizatus  
fluminis, qui est vera cordis contritio, includens votum  
baptismi, potest causare gratiam, & remittere omnem cul-  
pam, sive originalem, sive actuale: similiter martyrium

pro Christo toleratum, habet vim remittendi omne pecca-  
tum, etiam quoad culpam, ut dicemus articulo sequen-  
ti: Ergo baptismus fluminis, & sanguinis, possunt supplere  
effectum principalem baptismi: licet minus principalem,  
nimirum characterem, causare non valeant, ut docet  
D. Thom. loco infra referendo. De baptismo fluminis  
fit mentio Aetorum primo: Baptizatum fluminis dicitur  
Et de Baptismo sanguinis dicitur Marci 10. Potestis bap-  
tizari, & quomodo corcor, usque dum perficiatur?

Porro inter illa Baptizata, plura reperiuntur discrimi-  
na. In primis enim Baptismus fluminis est sacramentum,  
non vero Baptismus sanguinis, ut docet D. Thomas hic  
art. 11. ad 2. & nos infra ostendimus. Ex quo sequitur  
aliud discrimen, nam Baptismus sanguinis non imprimi  
characterem, sicut Baptismus fluminis, ut idem S. Doctor  
observat in 4. dist. 4. qu. 3. artic. 3. quodlib. 3. ubi sic  
ait: Baptismus sanguinis passio Christi conformatur realiter,  
non sacramentali representatione, & ideo in his quae sacramen-  
talia sunt, Baptismus sanguinis non supplet vicem Baptismi  
aqua, sicut est impressio characteris, & hujusmodi. Deinde  
Baptismus fluminis est in precepto, cum fit medium ne-  
cessarium ad salutem: Baptismus autem sanguinis non est  
in precepto, nisi tantum in casu necessitatis, ad defen-  
dendam fidem. Item Baptismus aquae simpliciter & abso-  
lute Baptismus dicitur, alia vero secundum quid tantum  
& analogice, ac dependenter ab illo; quare ut verum sit  
martyrium, gratiam causans in subiecto non baptizato,  
veraque penitentia interior, necesse est ut includat votum  
Baptismi fluminis vel formaliter, vel virtualiter, vel ex-  
plicit, vel implicite. Unde August. lib. 4. de Bapt. c. 21.  
Tunc impletur invincibiliter confessio fidei, cum mysterium Bap-  
tizati, non contemptum religionis, sed articulus necessitatis ex-  
tendit. Et cap. 25. Consero cordis potest quidem inesse, non  
suscipio baptismum sed contempto non potest; neque enim ullo  
modo accepta est confessio cordis ad Deum, cum Dei sacra-  
mentum contempnatur. Ex quo intelliges, hoc nomen Bap-  
tizati dicantur analogice, analogia attributionis, de Baptismo  
fluminis, flammis, & sanguinis, ita ut praecipuum analogi-  
tum sit Baptismus fluminis, alia vero minus praecipua sint.

Objicies primo contra istam conclusionem: Apostolus ad  
Eph. 4. ait: Unus Dominus, una fides, unum Baptisma:  
Ergo non debent admitti tria Baptizata.

Respondet enim D. Thom. hic art. 11. ad 2. negando Con-  
sequendum: Nam alia duo Baptizata includuntur in Bap-  
tizato aquae, qui efficaciam habet & ex passione Christi & ex Spi-  
ritu sancto, & ideo per hoc non tollitur unitas Baptizatae.

Objicies secundo: In aliis sacramentis non assignantur  
aliqua quae suppleant vicem illorum; Ergo nec in Bap-  
tizato assignari debent.

Sed negatur Consequentia & paritas: cum enim alia sa-  
cramenta non sint tanta necessitatis sicut Baptismus, non  
oportuit quod essent aliqua quae supplerent illorum vicem,  
sicut martyrium, & interior penitentia, vices Bap-  
tizati supplere valent.

139 Praeter haec tria Baptizata aliud est quod Baptismi no-  
men aliquo modo sibi vindicet, & secundum Baptizata ap-  
pellatur, nempe professio religiosa, ut eleganter expendit  
D. Bernardus Tract. de precepto & dispensat. cap. 23. his  
verbis: Audire vultis a me, unde inter cetera penitentiae  
instructa, monasterialis disciplina meretur hanc praerogativam,  
ut secundum Baptizata nuncietur. Arbitror ob perfectam mun-  
di adunationem, ac singularem excellentiam vitae spiri-  
tualis, quae praeminens, universis vitae humanae generibus hu-  
jusmodi conversatio, professorum & amatores suos, Angelis si-  
miles, dissimiles hominibus factis; immo divinam in homine  
reformat imaginem, configurans nos Christo, instar Baptismi:  
& quasi denique secundum baptizatur, dum per id quod mor-  
tificamus membra nostra quae sunt super terram, rursum Chris-  
tum induimus complantati denovo similitudinis mortis ejus. Sed  
& quomodo in Baptismo erimur de peccatis tenebrarum, &  
in regnum transferimur claritatis aeternae, ita & in sancti hu-  
jus secunda quadam regeneratione propius, de tenebris eque  
non unius originalis, sed multorum actualium delictorum, in  
lumen virtutum evadimus. In hujus rei confirmationem in  
vitis Patrum lib. 6. c. 1. dicitur quod quidam Patrum vidit  
eamdem gratiam descendente super eum qui habitum reli-  
gionis assumpsit, ac super eum qui baptizatur. Unde Hiero-  
n. Epist. 25. ad Paulam de obitu Hestiae, professionem reli-  
gionis, secundum quosdam Baptismi propositum, appellat.

ARTICULUS VII.

Ad Baptizatum sanguinis, sive martyrium, suppleat ita vicem  
Baptismi aquae, ut justificet ex opere operato,  
non solum parvulos, sed etiam adultos?

140 Constat ex dictis in Tract. de sacramentis in communi,  
Baptismus fluminis, cum fit verum sacramentum  
novae legis, justificare & causare gratiam ex opere operato.  
Certum est etiam, Baptismus fluminis justificare tantum  
ex opere operantis, cum actus contritionis vel caritatis in  
quo

quo consistit, non fit nisi ab homine julo. Quare tan-  
tum difficultas superest de Baptismo sanguinis, sive mar-  
tyrio, an ex opere operato, vel solum ex opere operan-  
tis justificet & conferat effectum Baptismi? In ejus re-  
solatione quidam afferunt martyrium conferre praedictum  
effectum solum ex opere operantis, ratione caritatis, aut  
contritionis, quam tunc non includit, nihil omnino profest,  
etiam parvulis usque rationis carentibus. Ita Armacanus  
l. 8. de qu. Armenorum, & Adrianus in 4. qu. ult. de  
Baptismo. Alii autem volunt, martyrium justificare par-  
vulos ex opere operantis, ratione caritatis & contritionis.  
Ita Cano in relect. de penit. parte 3. Soto in 4.  
dist. 4. qu. unica art. 11. Bannez a. 2. qu. 24. art. 6. Val-  
quez, Sylvius, Aravius. Alii demum existimant Bap-  
tizatum sanguinis, sive martyrium, ita supplere vicem Bap-  
tizati aquae, ut justificet ex opere operato non solum par-  
vulos, sed etiam adultos. Haec est communior sententia  
inter Thomistas, eamque ex extraneis amplectuntur Sa-  
rez, Bellarminus, Valentinus, Granado, Henriquez, & alii.

S. I.

ita sententia, ut probabilior eligatur, & duplici conclusione  
stabilietur.

141 Dico primo, Martyrium, sive mortem pro Christo to-  
leratam, justificare parvulos ex opere operato. Ita  
D. Thom. 2. 2. quest. 124. art. 1. ad 1. & quodlib. 6.  
art. 6. & in 4. dist. 4. qu. 3. artic. 3. quodlib. 3. ubi sic ha-  
bet: Sicut in Baptismo aquae liberatur homo ab omni culpa  
precedente & poena, ita in Baptismo sanguinis. Et in resp.  
ad 1. Baptismus sanguinis non habet hoc tantum ex opere  
operantis, sed hoc habet ex imitatione passionis Christi, & ideo  
etiam parvulis liberum arbitrium non habent, si acciderint  
pro Christo, in vi sanguinis baptizati salvantur.

142 Patet etiam haec veritas ex martyrio infantium, qui  
pro Christo occisi sunt ab Herodo, quos Ecclesia ad Sanctos  
colit: Neque dici potest, eos omnes quos Ecclesia  
colit, fuisse circumcisos, & per Circumcisionem justificatos.  
Tunc quia Herodes iussit parvulos non tantum Ju-  
daeorum, sed omnes omnino qui erant in Bethleem &  
ambus ejus occidi: Inter eos autem verisimile est fuisse  
aliquos Gentiles. Tum etiam, quia dicuntur occisi ab He-  
rode omnes infantes, a bimatu, & infra, subindeque eos  
etiam qui nondum ad octavam diem pervenerant, quo  
solum poterat circumcidi, & tamen Ecclesia omnes abso-  
lute illos deducit, ut Sanctos colit. Adde quod Ecce-  
lesia illos deducit ut sanctos, sed etiam ut martyres vene-  
ratur, subindeque censet, illos per martyrium pro Christo  
toleratam, consecutos esse sanctitatem. Unde Bernardus  
in ferm. de sanctis Innocentibus, & eorum natali: Ad de  
Innocentium coram quis dubitet? Ille pro Christo cruciatus  
infans habet inter Martyres coronam, qui regeneratus in  
Christo non credit inter adoptivos filios numerari. Alioquin  
quomodo eos sibi patres quos ille qui natus est nobis, non con-  
tra nos, patretur occidi? quod utique solo utra poterat pro-  
hibere, nisi melius aliquid eis provideret, nec quemadmodum  
ceteris infantibus tunc quidem circumcisis, tunc vero baptizatis,  
sine illo proprio voluntatis usque iussu ad salutem, sic nihilominus  
nisi pro eo susceptum martyrium illis praestaret ad sanctitatem.

143 Dico secundo, Baptizatum sanguinis, sive martyrium,  
conferre etiam adultis, gratiam ex opere operato.

144 Probatur primo ex D. Thom. in 4. dist. 4. qu. 3. artic. 3.  
quodlib. 3. ad 1. ubi sic habet: Baptismus sanguinis non  
habet hoc (id est liberare ab omni precedente culpa & poe-  
na) tantum ex opere operantis, neque quantum ad poenam  
quia aliquis martyrium explet, quam contingit non esse suffi-  
cientem ad satisfaciendum pro peccatis neque quantum ad des-  
tinationem iustae voluntatis, quia contingit quod voluntate ma-  
jori caritate informata, aliquis sine martyrio non potest ab  
omni poena liberari, sed hoc habet ex imitatione passionis Christi,  
unde de Martyribus dicitur Apostolus: Laborant solum sicut  
in sanguine agni. Ergo ex D. Thom. Baptismus sanguinis,  
sive martyrium, ex vi sua, in quantum est realis  
imitatio passionis Christi, potest adultis ab omni prece-  
dente culpa & poena liberare, subindeque illos ex opere  
operato justificare. Unde in 4. ad Annibal. dist. 4. qu. unica  
art. 4. ad 3. Baptismus sanguinis (inquit) non habet sup-  
plere effectum Baptismi fluminis ex opere operante, sicut ob-  
servatur, sed ex imitatione passionis Christi.

145 Confirmatur: Idem S. Doctor hic art. 12. in corp. &  
ad 1. dicit Baptizata sanguinis & flammis, efficere effec-  
tum Baptismi aquae, in quantum Baptismus aquae suam  
habet efficaciam ex passione Christi, & ex virtute Spiritus  
sancti, quae duae causae operantur in Baptizatis flammis  
& sanguinis. Et addit, quod passio Christi operatur  
in Baptismo sanguinis, per imitationem: Atqui si  
Baptizata sanguinis non conferret gratiam adultis, nisi ex  
vi operis operantis, id est ex vi dilectionis & contritionis,  
non aliter in eo operaretur virtus passionis Christi,  
quam per affectionem, sicut in Baptismo fluminis: Ergo  
ex D. Thom. Baptismus sanguinis conferret gratiam adultis  
ex opere operato.

146 Theol. Genes, Tom. V.

Confirmatur amplius: Idem Doctor Angelicus ibidem 148  
asserit, virtutem passionis Christi operari excellentius in  
Baptismo sanguinis, quam in Baptismo fluminis, ut flami-  
nis; quia in Baptismo sanguinis operatur per imitatio-  
nem operis, in Baptismo vero fluminis, per figuralem  
quandam representationem; & in Baptismo flammis, per  
quandam affectionem: At si Baptismus sanguinis non caus-  
faret gratiam in adultis ex opere operato, virtus passio-  
nis Christi non operetur in eo excellentius, quam in  
Baptismo aquae, utpote in quo gratia datur praesente & im-  
mediate ex merito passionis Christi, quod contingit in  
Baptismo sanguinis: Ergo ex mente D. Thomae, Baptisma  
sanguinis causat etiam in adultis gratiam ex opere operato.

149 Probatur secundo: SS. Patres loquendo de adultis tri-  
bunt martyrio vim ad remittendum peccatum mortale,  
etiam quoad culpam: Sed non possit hoc verificari, si so-  
lum ex opere operantis justificaretur adultus: Ergo etiam  
ex opere operato illos justificat. Minor est certa, si enim so-  
lum ex opere operantis justificaretur adultus, remissio cul-  
pae non esset tribuenda martyrio, sed tantum contritioni  
vel dilectioni perfecte ante martyrium, vel in ipso mar-  
tyrio habita. Major vero probatur primo ex Tertulliano  
in Apologetico ad finem, ubi sic ait: Quis non parit ex-  
pectet, ut totam Dei gratiam redimat, ut omnem veniam ab  
eo compensatione sui sanguinis expedit? Omnis enim delicta  
hinc operi donantur. Secundo ex D. August. lib. 13. de Civit.  
c. 8. ubi haec scribit: Quicumque non percepit regenerationis  
lavacro, pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad  
dimittenda peccata, quantum si ablueretur sacro fonte Bap-  
tizati. Certe si martyrium non remitteret ex se peccata  
quoad culpam, sed tantum quoad poenam, ut dicit Valquez,  
falsa esset illa propositio Augustini, quandoquidem Baptisma  
valet, non tantum ad remissionem poenae, sed etiam, immo  
principaliter, ad remissionem culpa. Tertio ex D. Cyr. in  
lib. de orat. Dominica, ubi loquens de eo qui retinet affectum  
ad peccatum fraternae dissensionis, ut offendat ejus gravita-  
tem: Quale (inquit) delictum est, quod nec Baptismus sanguinis  
potest abluere: quale crimen est, quod martyrio non potest expiari.  
Ubi supponit martyrium habere vim ad remittendum culpam  
peccatorum, ad quae non habet viam affectum, alias enim ex  
ejus verbis nullo modo colligi posset gravitas peccati, con-  
sistentis in eo quod quis moriens pro fide retinet affectum  
ad fratrem discordiam, aut ad quodlibet aliud crimen.

150 Confirmatur ex D. Cyrillo Hierosolymitano catech. 3. ubi  
sic habet: Si quis non baptizatur, saltem non habet gratiam  
soli Martyris. Certe si martyrium non justificaret ex opere  
operato, falsa esset illa propositio, quandoquidem, praeter  
martyres, Catechumeni contriti, morientes antequam bap-  
tizentur, salvantur ex opere operantis. Item Cyr. Epist. 73.  
dicit: Non Baptismi non esse majorem martyrio, & in exhorta-  
tione ad Martyros, loquens de eo qui baptizatus sanguinis, ait: Hoc  
Baptisma in gratia majus, in peccatis submissum, in honoris pro-  
priosus: Sed haec falsa essent, si martyrium non justificaret  
adultos ex opere operato, sicut Baptismus: Ergo, &c.

151 Probatur tertio: Martyrium justificat parvulos ex opere  
operato: Ergo & adultos. Antecedens patet ex dictis Con-  
clusionem precedenti. Consequentia vero probatur, quia nul-  
la est major ratio de parvulis, quam de adultis, dummo-  
diocum non habeant affectum ad peccata, sed fit de illis que  
committuntur ante: martyrium enim in adultis non minus  
est martyrium, nec minus potens & efficax, quam in infan-  
tibus, quin potius in adultis nobilior atque adeo efficacius  
est. Adde, quod privilegium martyrii ad justificandum ex  
opere operato parvulos pro Christo moriantes, non potest  
aliunde colligi quam ex sacra Scriptura locis, in quibus  
gratia, aut vita aeterna, morientibus pro Christo promitti-  
tur: Ad in his locis non promittitur gratia, aut vita aeterna  
solum parvulis, sed universis omnibus pro Christo morien-  
tibus, ut patet ex illo Math. 10. Qui constituit meo cum ho-  
minibus, confitebor & ego cum coram Patre meo. Et qui per-  
didit animam suam propter me, inveniet eam. Ergo, &c.

152 Denique laudem potest conclusio hoc discursu: Baptisma  
sanguinis seu martyrium, remittit Martyri omnem poenam,  
idque ex opere operato: Ergo & culpam. Consequentia est  
evidens, non enim est assignabilis ratio, quare primum po-  
tius quam secundum ex opere operato tribuatur martyrio,  
ut fatetur Valquez. Antecedens vero quod negat, probatur.  
Si tota poena non remitteretur ex opere operato per  
martyrium, sed solum ex opere operantis, non remitteretur  
tota infallibiliter: Atqui tota infallibiliter remittitur:  
Ergo remittitur ex opere operato. Minor est certa, ex Eccle-  
siae fide, quae tenet Martyres a cruce ad celum resta evolare:  
unde Iacob. III. cap. cum Maribus, de celebratione Missarum:  
Injuriam (inquit) facit Martyri, qui erat pro Martyre. Quod  
desumptum est ex D. August. ferm. 27. de verbis Apostoli,  
ferm. 5. de Martyribus, Tract. 84. in Joan. ubi ait: Injuriam  
est pro Martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendare.  
Major vero probatur: Non est infallibile, quomocumque  
mortem propter Christum tolerantem, habere formalem actum  
dilectionis Dei & contritionis & quamvis daretur, quod sem-  
per eum habeat, potest contingere ut non fit in ea inten-  
tione, & fervore qui requiritur ad totius poenae remissionem.

F. 2



Immo ut notat D. Thomas loco in probatione adducto, contingit sepe in aliis viris iustis reperiri intensiorem & ferventiorum caritatem & contritionem, quam in Martyribus, quos tamen non est sufficiens ad tollendam omnem omnino penam. Ergo nisi dicatur, remissionem poenae fieri in martyrio ex opere operato, non erit infallibile, totum in eo poenam remitti.

Nec valet si dicas, quod quamvis non remittatur infallibiliter ex vi fervoris caritatis & contritionis tota poena, bene tamen vi passionis & doloris, quem causat martyrium. Nam in contrarium est quod D. Thomas loco citato observat, scilicet posse contingere, ut peccata sint gravissima in malitia, & plura numero, dolores vero martyrii valde leves, & tam remissa voluntas patientis, ut non sufficiat ad condignam satisfactionem pro tota poena huiusmodi peccatis debita.

§. II.

Deo Corollarium notatum digna.

EX dictis intelliges primo, martyrium posse dupliciter considerari, scilicet in quantum est effectus virtutis fortitudinis, & in quantum est imitatio realis passionis Christi, & non representativa solum, sicut Baptismus fluminis. Primo modo confert gratiam ex opere operantis, secundo vero ex opere operato, non physice, sicut sacramenta nova legis, sed moraliter solum, quatenus ex speciali quodam privilegio, ad positionem ipsius, ex virtute passionis Christi, quam realiter representat, Deus causat gratiam in anima. Valde autem congruum est, tale privilegium martyrio concedere: Primo quia effectus secundum se excellens est dilectionis, iuxta illud Christi: *Majorem caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amici suis*. Secundo quia est opus maxime arduum & difficile, & multo excellentius Baptismo fluminis, nam ut ait Gennadius lib. de Ecclesiast. dogmatibus (qui habetur in Appendice tou. 3. operum D. Augustini c. 74.) *Baptizatus constituitur solum coram sacerdote, Martyr coram persecutore: Ille post confessionem aspergitur aqua, hic sanguine: Ille per impositionem manus Pontificis recipit Spiritum sanctum, hic templum efficitur Spiritus sancti*. Tertio, quia martyrium est perfecta imitatio passionis Christi, docet enim Christum, virtutem suae passionis specialiter applicare ei qui pro ipso moriendo, ejus passionem imitatur. Adde, tale privilegium magnum habere in Scriptura fundamentum, nam ut recte arguit Augustinus lib. 13. de civit. c. 8. loquens de Martyribus: *Qui dicit, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum, alia sententia istos facit exceptos, ubi non minus generaliter dicit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in caelis est: & alio loco, Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam*.

Interes secundo, quod sicut Baptismus causat gratiam praesupposita solum attritione, & facit ex attrito contritum, ita & martyrium: unde si quis nondum baptizatus repererit ad martyrium, nec possit ante baptizari, sufficeret quod cum voto Baptismi, sua peccata recogitando, in actum attritionis ex aliquo motivo supernaturali promoveret, ad hoc ut gratiam consequeretur, & recta a cruce ad caelum evolveret. Immo aliqui non improbabili- ter sentiunt, quod ille qui subito repererit ad crucem, cum sola efficaci voluntate sanguinem pro Christo fundendi, ex vi talis actus sufficienter disponeretur ad gratiam: licet enim non haberet actum dilectionis, aut dolorem de suis peccatis, tamen interpretative ex vi operis illius extrinseci conferretur Deum praesertim omni diligibili, sive super omnia ipsum diligere, subindeque virtualiter & interpretative tolleretur affectum ad peccatum.

§. III.

Solvuntur objectiones.

Obiectis primo contra primam conclusionem: Est generalis regula in Scriptura: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest intrare in regnum Dei*: Sed talis regula nullam habet in Scriptura, aut traditione exceptionem: Ergo sine fundamento asseritur, mortem pro Christo toleratam justificare parvulos sine Baptismo morientes.

Respondet, concessa Majori, negando Minorem: licet enim sit generalis regula, neminem posse salvari sine Baptismo aequo, saltem tamen est quod non sit speciale privilegium, seu exceptio martyrii: colligitur enim tale privilegium, tum ex communi consensu Ecclesiae, universaliter & indiscriminatim celebrantis solum omnium Innocentium: tum ex verbis Christi Matth. 10. *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo*: haec enim confessio non tantum fit verbo, sed etiam facto & opere, unde de Innocentibus dicit Ecce-

sia: *Deus cuius preconium Innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confituntur*.

Dices, infantes non sunt capaces martyrii: Ergo licet privilegium illud eis concedatur, parvuli tamen sine Baptismo morientes, per martyrium justificari non poterunt. Consequentia patet, Antecedens probatur. Martyrium est actus virtutis fortitudinis, sed in parvulis, utpote usu rationis carentibus, non potest esse aliquis actus virtutis: Ergo nec martyrium.

Respondet martyrium posse dupliciter considerari: Primo ut est actus virtutis fortitudinis, & sic non habet locum in infantibus: secundo ut est actus amoris pro Christo per se, atque adeo imitatio passionis Christi, & sic convenit etiam infantibus, eoque ex opere operato justificat, & vices Baptismi aquae supplet, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 124. art. 1. ad t. ubi de Innocentibus martyribus loquens sic ait: *Martyrii gloriam quam in aliis propria voluntas meretur, illi parvuli accipiunt, per Dei gratiam sicut assecuti: nam effusa sanguinis propter Christum, vitam gerit baptizati, unde sicut in pauperis baptizati, per gratiam baptismalem, meritum Christi operatur ad gloriam obtinendam, ita & in occisi propter Christum meritum martyrii Christi operatur ad palmam martyrii consequendam*. Unde Augustinus dicit in quodam sermone de Epiphania, quasi esset adloquens: *Ille de vestra corona dubitabit in passione pro Christo, qui etiam parvulis baptismum prodidit non asserit Christi. Non habebatis aetatem, qua in passivum Christum crederetis, sed habebatis carnem, in qua pro Christo passivum passionem sustineretis*.

Obiectis secundo: Si martyrium justificaret parvulos ex opere operato esset sacramentum novae legis: Sed hoc dici nequit, ut docet D. Thom. hic art. 11. ad 2. & art. 12. in corp. & patet, quia alias essent pluraquam septem novae legis sacramenta, quod est contra Trident. sess. 7. can. 1. de sacramentis in genere: Ergo nec illud. Sequela Majoris probatur. Signum sensibile & praesens gratiae, in actuali usu ipsius conferende, verum sacramentum est: At si martyrium justificaret parvulos ex opere operato, esset signum sensibile & praesens gratiae in actuali usu ipsius conferende. Ergo esset verum sacramentum.

Respondet Major in 4. dist. 4. q. 3. negando Minorem, 159 excellit enim martyrium seu Baptismus sanguinis, vero esse sacramentum, quia confert gratiam ex opere operato. Ad probationem vero in contrarium dicit martyrium reduci ad Baptismus, siquidem non esse plura quam septem novae legis sacramenta: sicut nec plura sunt, quamvis plures sint Ordines, quia similes omnes sub uno sacramento, ut diversae ejus species continentur. Verum haec solutio & doctrina aliis Theologis displicet & ab illis rejicitur. Primo, quia martyrium ejusdem rationis erat, & eodem modo conferret gratiam in lege veteri ac modo in lege nova: Sed tunc non erat sacramentum: Ergo nec modo.

Secundo, Septem sacramenta legis gratiae, constant rebus & verbis: Sed martyrium non constat verbis: Ergo non est novae legis sacramentum.

Tertio, Sacramentum debet esse remedium a Deo institutum, quod homo via ordinaria possit uti in suam utilitatem: Sed martyrium non est huiusmodi, ut de se patet: Ergo non est verum sacramentum.

Denique, licet Baptismus sanguinis aliquo modo includatur in Baptismo aquae, ut docet S. Thom. hic art. 11. ad t. tamen ut idem S. Doctor ait in 4. dist. 4. q. 3. art. 3. quaestione. 1. proprie loquendo unum est tantum Baptismus, quod in aqua celebratur, aliam autem duo Baptisma fluminis & sanguinis, non vere & formaliter sunt Baptisma, sed solum secundum propositionem ad eundem effectum, & consequenter non possunt esse unum sacramentum cum Baptismo aquae: omnes autem Ordines, vere sunt Ordines, atque adeo sub unico sacramento, ut diversae ejus species continentur. Unde nulla est paritas quam in definitionem suae singularis opinionis adducit Major.

Aliter ergo ad objectionem respondeo, negando scilicet 160 sequelam Majoris, propter rationes alias. Ad eas vero probationem, concessa Majori nego Minorem: licet enim in martyrio conferatur gratia ex opere operato, non tamen martyrium est signum talis gratiae ex divina institutione, ut docet D. Thomas hic art. 11. ad 2. ubi sic ait: *Sacramenta habent rationem signi: alia vero duo (Baptisma scilicet fluminis & sanguinis) conveniunt cum Baptismo aquae, non quidem quoniam ad rationem signi, sed quantum ad effectum baptismalem, & ideo non sunt sacramenta*. Quia ergo martyrium non est signum gratiae, aut rei sacrae sanctificantis nos, nec est a Deo institutum, ut homo via ordinaria eo uti possit in suam utilitatem & sanctificationem, non est verum sacramentum, nec se habet ut instrumentum divinae virtutis, a Deo institutum ad causandam gratiam, sed solum ut conditio quaeritae, qua posita Deus infallibiliter conferat gratiam, ratione suae promissionis, & quia martyrium est quaedam imitatio passionis Christi, ut supra declaravimus.

Obiectis tertio contra secundam conclusionem locum 161 Apostoli 1. ad Cor. 13. dicentis: *Si tradidero corpus meum*

ut ut ardeam, carcerem autem non habebero, nihil mihi proderit: quorum verborum sensus est (ut explicat D. Thom. hic art. 12. ad 2. q. 124. art. 8.) martyrium nihil proferre valere sine caritate: At si justificaret adultos ex opere operato, valeret sine caritate, etiam namque qui tantum haberet attritionem, quandoquidem ipsum justificaret: Ergo martyrium non justificat adultos ex opere operato.

Respondet duobus modis intelligi posse aliquid tradere corpus suum absque caritate, uno modo absque caritate antecedente, quae sit aliquo modo causa operis, vel simpliciter, vel in esse meriti: alio modo absque caritate etiam consequente, quae sit effectus ipsius operis, si nimirum ex tali opere, five traditione corporis, non sequatur caritas in operante. Sensus ergo doctrinae Apostoli est, tradere corpus suum absque caritate tam consequente quam antecedente, nihil prodesset, ex quo nihil contra nos. Licet enim martyrium caritatem non supponat necessario, si nimirum tolleretur ab eo qui solum est attritus de suis peccatis: illam tamen ferunt factum trahit, adeo ut martyr ipse sine caritate nunquam decedat: quia ipse vi, & ex privilegio Dei, infunditur ei gratia & caritas, conjuncta cum ipsa sanguinis effusione, in quo sensu etiam intelligendus est D. Thomas.

Obiectis quarto: Praeceptum caritatis obligat sub mortali in articulo mortis: Ergo si aliquis rapitur ad martyrium, & non elicat actum caritatis, peccabit mortaliter, subindeque nullus poterit recipere gratiam vi martyrii, cum sola attritione.

Propter hoc argumentum plures existimant, attritionem cogitant non esse sufficientem dispositionem ad martyrium, sed requiri ad minus attritionem exitimant contritionem. Verum quamvis hoc opinio sit securior, & in praxi tenenda, nihil tamen est quod eam efficaciter foveat: est enim praecipuum dilectionis obligat quemlibet in articulo mortis per se, per accidens tamen ab hac obligatione liberatur, qui pro Christo, five fidei defensione, vitam suam libenter profudit, maxime quia ex vi talis operis, summam Dei exhibet dilectionem. Unde in casu quo aliquis non possit recipere Baptismus, antequam pro Christo occideretur, sufficeret, si haberet mentiorum peccatorum, quod in se motum attritionis supernaturalis excitaret: nam sicut martyrium suppleret in illo casu defectum Baptismi aquae, ita supplet defectum dilectionis Dei super omnia, & contritionis ex eo procedentis.

Obiectis ultimo: Non potest designari tempus quo martyrium gratiam conferat ex opere operato: Ergo illam ita non tribuit. Consequentia patet, probatur Antecedens. Vel illum conferat in instanti mortis, vel ante illud instantis. Non in instanti mortis, quia jam homo non est in illo instanti. Neque ante illud instantis, quia ante instantis mortis nondum est martyrium, utpote constitutus in morte propter Christum tolerans.

Respondet negando Antecedens, & ad ejus probationem dico, martyrium conferre gratiam ex opere operato, brevissimo tempore ante mortis instantis: licet autem nondum fit actu subsecuta mors, eo ipso tamen quod tempus illud parum distet a mortis instanti, cursum vitae ac certaminis, sive agonis jam moraliter consummatus intelligitur.

Instantis primo: in illo brevissimo tempore vite quod martyrii reat ante instantis mortis, habet ipse adhuc libertatem, atque adeo potest adhuc peccare in sensu composito: Ergo nondum est martyr, sed tantum in ipsa mortis executione, aliam enim possit martyrii damnari. Secundo: Potest Deus miraculose illi prolongare vitam: Ergo ut sit martyrium, requiritur quod fit mors in executione.

Ad primam instantiam respondeo, quod regulariter loquendo, in brevissimo tempore ante mortem, martyr non habet amplius libertatem, & si eam forte habeat, Deus speciali privilegio ipsum in gratia confirmat, atque adeo impotentem reddit ad peccandum, in sensu composito.

Ad secundam similiter dico, in casu quo martyr qui recipit valnus de se lethale, per miraculum talem mortem evadat, sicut Joannes Evangelista, Deum ipsum confirmaturum in gratia pro reliquo vite tempore usque ad mortem. Ratio est, quia licet in illo casu mortem miraculose evadat, vere tamen, absque novo martyrio, dici debet martyr, ut constat de ipso Joanne Evangelista, quem Ecclesia ut Martyrem colit, licet absque novo martyrio, post multos annos animam efflaverit: gratia autem martyrii postulat, ob suam excellentiam & confirmationem martyris in gratia.

§. IV.

Corollarium notatum dignum.

EX dictis inferes, mortem ex peste in obsequium languentium oppetitam, non esse verum & proprie dictum genus martyrii, ut contendit Theophilus Raynaudus in libro quem edidit de martyrio per pestem: *Vertheel. Comes, Tom. V.*

ram enim & proprie dictam martyrium quatuor habet praecipua privilegia, nimirum justificationem ex opere operato, remissionem omnis culpe & poenae, exemptionem a precibus Ecclesiae, & aureolam ultra aeream victori donandam: Sed haec privilegia Ecclesiae nullquam concessit iis qui moriuntur inter ministrandum aegris, ut patet praecipue de tertio & quarto: Ecclesiae enim pro illis orat & Missa sacrificium offert, & nullquam illos cum martyrii Aureola depingit: Ergo mors ex peste in obsequium languentium oppetita, non est verum & proprie dictum martyrium.

Deinde, aliud privilegium martyrii est, quod si mater propter Christum occidatur, filius quem gerit in utero a peccato originali mandetur: At neco Catholicorum id unquam dixit de filio quem utero gerit mulier qui immoritur ministerio peste laborantium: Ergo nullus Catholicorum unquam existimavit, mortem illam aequari martyrio, & omnibus ejus privilegiis gaudere.

Item verus & legitimus martyr, non debet (sicut pro- 172 dire ad ultionem mortem, sed ad id cogendum aut vocandum est, ut est communis doctrina Patrum, a Christo accepta, qui prohibet ne ultra ad certamen accedamus, sed ad una civitate ad aliam fugiamus, tum ut nostrae infirmitati, tum etiam ut persecutorum bono consulamus ne nos in periculum temere, & illos ad sevitiam propellamus: Sed haec proprietates martyrii deest morientis peste, dum ex caritate intervrit proximo: Ergo ille veri martyrii gloriam non habet.

Demum: Si accensum numero martyrum eos qui moriuntur inter ministrandum aegris, etiam in eorum album referendus erit Sanctus Calixtus, qui maluit mori, quam castitatis iacturam facere, & illi omnes qui nolunt servare vitam remedio quodam illicito, ut Carthusianus est carnium, religiosus transgressione regulae, &c. Nam sicut primi moriuntur in exercitio caritatis, ita & isti in exercitio alterius virtutis, quindecim nec pro illis, nec pro illis orandum erit, quia, ut supra ex Augustino vidimus, injuriam facit Martyrius qui orat pro martyre: At haec pluraquam falsa & absurda sunt: Ergo & opinio Theophili, quae idcirco iustissime a sacra Inquisitione Romana anno 1647. die 11. Martii damnata est, ut multis ostendit Thomas Hurado in libro quem pro defensione hujus decreti, contra libellos duos Theophili Raynaudi edidit.

DISPUTATIO II.

De Ministro Baptismi.

Ad quaestionem 67. Divi Thomae.

Non agimus hic de institutore Baptismi (constat enim ex dictis artic. 1. disputationis praecedentis solum Christum esse ejus institutorem) sed solum de ipsius ministro, de quo S. Thomas quaest. 67. & quia susceptor seu patrinus ad causam ministerium Baptismi reducitur, eo quod aliquid ministerium in solemnem Baptismus exhibeat, aliquid etiam de illo dicendum est.

ARTICULUS I.

Quis sit idoneus Minister Baptismi?

Duplex distingui solet Baptismi minister, unus sollempnitatis, alter necessitatis, unde ut clare patet, quilibet sit idoneus minister Baptismi, breviter hic declarandum est quomodo possit admittitur Baptismus cum sollempnitate, quomodo vero in casu necessitatis sine sollempnitate illum conferre possint.

Dico ergo primo, ad solum Sacerdotem, non vero ad Diaconum, pertinere cum sollempnitate & ex officio Baptismus ministrare. Ita definitur in Florentino in decreto Eugenii, ubi sic dicitur: *Minister hujus Sacramenti ordinarius est Sacerdos, cui ex officio competit baptizare*. Idem docet Clemens lib. 3. Constit. c. 2. & lib. 8. c. 52. dicens: *Nec Diacono fas est offerre sacrificium vel baptizare*. Idem constat ex Gelasio Papa, cujus verba refert S. Thomas hic art. 1. argum. sed contra.

Ratio etiam id suadet: Ad illos enim pertinet baptizare ex officio, ad quos pertinet admittere fideles in Christianam republicam: Sed id pertinet solum ad Sacerdotes, non vero ad Diaconos: Ergo ad solos Sacerdotes, non vero ad Diaconos pertinet cum sollempnitate ex officio baptizare. Major patet. Baptismus enim est janua Ecclesiae, & per illum homines sunt Christianae republicae cives: Minor vero suadet. Admittere in aliquam republicam ex officio convenit illis qui in reipublicam habent iudicium potestatem: Sed soli Sacerdotes illam habent in republica Christiana, non vero Diaconi: Ergo &c. Minor probatur: Potestas in corpus Christi mysticum, dimanans